☞ Opponit sic Naturales liberi ñ sũt in ptãte põis vt dictũ ẽ s ti.proxi.ff.fina. Solutio Textus iste loquit de naturalib9 liberis nõ pcise.sed de naturalib9 t legitimis.vt distinguant cõtra legitimos tãtũ. et istos dicit textus nõ soluz esse in ptãte nra. Nã liberoꝝ q̃daz sunt naturales et legitimi. De quib9 s de pa. ptãte.ff.i. Quidã sunt naturales tãtũ.de quib9 in.ff.fi.allega.in oppositiõe. Quidã sunt legitimi tm̃.de q̃bus hic, Et aliqui sunt nec naturales nec legitimi. de q̃b9 in aucten.qui.mo.natura.efficiunt sui.ff.fi.colla.vij.vt sunt incestuose vel nefarie nati qui genẽali noie põt dici spurij. ꝓprie tñ spurij dicunt ex pfessis vel in sacris ordinibus cõstitutis nati. et manseres dicunt ex scorto seu meretrice nati.sed nothi ex adulterio nati. qui ideo dicuntur nothi.quia infames.et de istis loquitur glo.in verbo psonas.in c. nisi cuz pridem.extra de renunciatio. Quidam etiaz sunt legitimi qui prius fuerũt illegitimi.de quibus et qualiter hoc fiat.dictũ est s titu.proxi.ff.fina.

Adoptio. Summatur sic. Due sũt species adoptiõis Una qua adoptantur qui sui iuris sunt auctoritate imperatoris, et vocatur arrogatio. Alia qua adoptantur qui in potestate parentũ sunt imperio magistratus et vocat adoptio. Utraq; añt fit vt adoptati sint loco filij vel filie nepotis vl̃ neptis.et sic deinceps de alijs descendẽtibus.hoc dicit.et ptz intellectus text9.

☞ Notandum primo Qa adoptio diffinitur sic. Adoptio est actus legitimus per quem qui non est filius fit filius pene naturam imitans vt.ff. de adoptio.l.i. Et hec diffinitio videtur meliorẽ ꝯ alia posita in glo. In qua dicitur q̃ adoptio fit in solatium liberorum. quia etiaz habentes liberos possunt adoptare vt ff.eodem.ff licet.

De Adoptionibus.

¶ Notandum scdo Quꝑma species adoptionis vocatur arrogatio Et fit auctoritate impatoris.coram ipo vel principe.vel coꝝ delegato ꝑ rescriptuz pncipis vt.C.de adoptio.l.ij.Et ideo mortuo impatore alio nō electo.cessat arrogatio saltem fienda auctoritate impatoris vt in auctē.quō oporteat episco.ff.fi. collatio.l.sicut mortuo papa cessant multa officia et quasi omnia curie rhomane vt in cle.ij.de electio. Et dixi notanter auctoritate impatoris fienda quia mortuo impatore nō vacat imperiuz.sed residet apud summū pōtificez vt notatur in cle.pastoralis.de re iudica. Et ꝑt tūc papa arrogare ꝑ se vel ꝑ delegatum vt notat Johan.fa.hic.

¶ Notanduz tertio.ꝙ adoptio que est secūda species adoptiōis ꝑt fieri apud magistratuz et quencunqꝫ iudicem ordinarium etiam defensorez ciuitatis.vt in auctē.de defenso.ciuita.ff.nullaz.col la.iij.quia est voluntarie iurisdictionis nec requirit plenā cognitionez vt.ff. de offici.pcōsu.et lega.l.ij.

¶ Notādū quarto.ꝙ ratio quare in arrogatione adhibetur maior solennitas ꝫ in adoptione est.quia maior prouisio est facienda vbi maius īminet periculū vt in.l.i.ff.sed ⁊ si quis.ff.de carbonia.edicto. Modo in arrogatione est maius periculuz vbi arrogatus cuz omnibus bonis suis. et cū his qui sunt in sua potestate transit de sua potestate in alienā Sed in adoptione nō est tantuz periculuz.vbi adoptat⁹ trāsit de potestate in potestatem.vel interdum nō in potestatē alterius vt.ff.eo.ff.sed hodie. Nam in symbolisantibus facilior est transit⁹. vt in.l.si vnus.ff.pactus.ff. de pactis. Dicit tñ Johan.fab.ꝙ facilius fit de nō monacho monachus .ꝫ monachus transferatur de vno monasterio ad aliud. vel de vna vita ad aliam.vt notatur ꝑ Jnno.in.c.quod in dubijs.extra de renunciatio.

☞ Opponitur primo sic.ꝑ adoptionez interdum nō fit filius sed nepos vt dicitur hic in fine.ff.et.ff.eodez .ff.sed hodie.ergo nō bene dicitur in diffinitione ꝙ per adoptionez semꝑ nō filius fit filius ¶ Solutio ¶ Nomine filiorum intelliguntur sepe liberi vt sunt filij nepotes pronepotes vt.ff. de verbo. signifi. catio.l.liberoruz. Et illo modo capitur filius in ista diffinitione.

¶ Opponitur secundo. Et videtur ꝙ vna species adoptionis hic posita non sit adoptio. quia adoptio est genus ad vtrāqꝫ speciez ergo nō est species. quia idez nō est genus.et species ¶ Solutio Sepe cōtingit ꝙ nomen generis attribuitur speciei.quādo vni illi speciei nō est nomen proprium impositum vt est regula thopica in primo topicorum de ꝓprio quod dicitur de termino siue definitione et proprio proprie dicto qđ non indicat quid est esse rei.et quia proprium quod est terminus habet nomen impositum.quia vocaꝫ definitio et proprium nō hz nomē impositum.ideo retinet nomen generis. Sic habemus de iurisdictiōe cuius sunt tres species. q̄ sunt merū imperiuz et mixtuz.et tertia vocaꝫ iurisdictio noīe generis vt.ff.de iurisdic.omniuz iudi.l.imperiū.

Sed hodie. Adoptatus ab auo materno.vl patre emācipato.ab auo etiam paterno transit in potestatez adoptantis.sed nō adoptatus ab extraneo.illi tamen succedit.hoc dicit.sed intellectus textꝰ ē iste. Si filius a patre naturali et legitimo detur in adoptionez extraneo nō trāsit in potestatem adoptantis sed manet in

potestate patris naturalis. Sed si dē in adoptionem auo materno. vel emancipato patre naturali detur in adoptionem auo paterno transit in potestatem et fit de famlia adoptantis quia in vna psona concurrūt ibi duo iura. scz ius naturale. et ius adoptionis. et ita sunt ibi duo vincula.

☞ Notandū primo .q ista cōstitutio de qua loquit hic textus fm quā adoptans ab extraneo nō trāsit in eius potestatez licz ei succedat in bonis habeā. C de adop. l. cum in adoptiuis et .ſ. de here. que ab intesta. defe. ſ. aliquā. alias ſ. inuenimus.

¶ Notādū scdo .q auus maternus adoptans nepotem suum indistincte habet eum in sua potestate. sed non auus paternus sic adoptat indistincte. Cuius ratio est. quia auus maternus non habet nepotem suū in sua potestate añ adoptionē. vt sup̄ de pa. potesta. ſ. qui igit. Sed auus paternus habet nepotem suum in sua potestate vt eodem titulo et .ſ. iā allega. Et ideo talis nepos nō potest plus in sua potestate fieri vt .ff. de adoptio. l. si pater ſ. qui duos. Sed si pater antecz filius fuerit conceptus emancipatus ē tunc talis filius est in potestate patris sui. et nō aut paterni vt .ſ. titulo proxi. ſ. fina. Et ideo in illo casu auus etiam paternus potest eum adoptare et fit in eius potestate.

¶ Notandum tertio. Q̄a duo vincula plus ligant q̄z vnū. Et ad hoc iste text⁹ sepe solet allegari. Et due rationes prevalent vni vt in auctē. de consangui. z vterinis fra. ſ. i. collati. vi. et. C. de edic. diui adria. tollen. l. fi. nisi vna sit melior duabus vt colligit. ff. de inoffi. testamē. nam et si. et sic quādo vna melior et fortior est duabus tunc non sunt cetera paria vt in oppositione scda dicet.

☞ Oponit contra predicta Et videt .q duo iura scz naturale et adoptionis nō sufficiāt ad hoc .q adoptat⁹ fiat semper in potestate adoptātis quia ex hoc sequeretur .q frater adoptans filiū fratris sui. haberet illum in potestate sua quod nō est verum ¶ Solutio ¶ Jus naturale debet hic exponi. i. natiuale vt scz sit tale ius p quod adoptatus habet natiuitatem et originem. Modo filius fratris a patruo suo non habet natiuitatem neq̄z originem. Et ideo in isto casu vocātur iste extranee psone.

¶ Sed tunc replicatur de auia .q illa posset adoptare nepotem quia ab ea habet natiuitatem et originez ¶ Solutio In auia est alius defectus scilicz ius adoptionis. nam femine adoptare nō pñt vt .ſ. eo .ſ. femine.

¶ Opponitur scdo Et videtur .q duo vincula non plus ligāt q̄z vnum. p. l. nā si. ff. de inofficio. testamen. ¶ Solutio Jstud intelligitur ceteris paribus. Nā in illa. l. vnum vinculum equiparat duobus et ita cetera non sunt paria.

Cum autem. Sūmatur sic. Jmpubes nō potest arrogari. nisi cognita causa q̄ debet esse honesta. Et expediat arrogato. Et dz arrogatio ista fieri cum quibusdā conditionibus q̄ arrogator debet cauere persone publice siue tabellario si pupillus intra pubertatem mortuus fuerit se restituturz bona illis ad q̄s iure successiōis fuissent devoluta si nō fuisset arrogatio. Et nō pt arrogator emācipare arrogatū. nisi cā ꝓpt quā velit eū emācipare fuerit cognita et nedū cognita ſz z sufficiēs q̄ alias nō esset dign⁹ enācipatiōe. Et postq̄z sic eū er cā sufficiēte arrogator emancipare vellet tūc tenet ei reddere bona sua. Et si arrogās pī decedēs eū exhēdauerit. vel viuēs eū sine iusta cā emācipauerit tūc tenet q̄rtā ptē bonoz suoz ei relinquere ꝓter illa bona q̄ in pīez adoptiuū siue arrogatorē trāstulit et quoz cōmodū filius arrogatus post arrogationē pī acq̄sinit. hoc dicit.

De Adoptionibus.

☞ Notandū ꝓmo. in arrogatione iudex debet interrogare arrogatū an velit istum habere suū patrē. et arrogatorem an velit istū esse suū filiū. Et tunc aliqua alia vlterius interrogabit ab aliis. Primo an iste arrogator habeat honestā causam. et vtilē pupillo. Scdo an sit minor lx. annis quia si sic consulendū est sibi vt potius generationi studeat q̄ alienū filium adoptet. Tertio an sit honeste vite videlz an sit ꝑcus prodigus vel in alio defectu. Quarto an sit paup quia regulariter nō ꝑmittit diuitem a paupe arrogari. Quinto an habeat plures liberos naturales. Sexto an sit tutor. Septimo an ex alligatione naturali vel sancta affectione moueat ad arrogandum istū. Et ista colligunt. ff. de adoptio. l. si paterfa. ℣. in arrogationibus.

¶ Notādū scdo Q arrogator debet cauere cum fideiussione de restitutione bonorum pupilli ꝑut in textu. Et istā cautionem debet stipulari tabellio vt. ff. de adoptio. l. nec ei, ex quo patz q̄ tabellio ꝑt alteri stipulari vt ℣. de inutili. stipula. ℣. si quis alij.

¶ Notandū tertio. q̄ arrogator nō pōt arrogatū sine iusta causa emancipare. et talis causa est sicuti sunt cause quare donationes et similia beneficia reuocant vt. C. de reuocā. dona. l. finali et sic etiā intelligit. l. fina. ff. si quid in frau. patro. allega. hic in glo.

¶ Notāduz quarto Q arrogator tenet arrogato relinquere quartā ꝑtem bonorum quod cōmuniter intelligit ꝑ doctores. de quarta ꝑte bonoruz que ab intestato ad ipm ꝑuenirent. licz aliqui intelligant de quarta ꝑte oim bonoz. Et de isto habet in. l. papinianus. ff. de inoffi. testamē. Ista tn quarta nō est hodie augmentata sicut quarta filioz naturaliuz et legitimoz vt in aucten. de trien. et semis. ℣. hoc seruandū. colla. iij.

¶ Notandū finaliter q̄ ꝑter istā q̄rtaz debet arrogatus habere bona sua. etiaz aduenticia. quoruz tn arrogator habuit vsumfructū vt. C. de bo. que libe. l. cum opz. Sicut maritus habet vsūfructum in bonis dotalibus vt. ff. fami. herciscū. l. si filia. Et sic ista dictio ꝑter hic in text. posita capitur inclusiue vt. ff. de pignorati. actio. l. i.

☞ Opponitur ꝓmo sic Et videt q̄ nō est opus ista cautiōe quia sine illa tales psone venirent ad successionem bonoz pupilli vt videt. ergo ipa fit frustra Solutio ¶ Si iste psone venirent ad successionem ex testamento patris. pupilli ꝑ arrogationez fraudarent successione quia ꝑ arrogationem que est minima capitis diminutio rūpitur tale testamentum vt ℣. qui. modis testamenta infirmantur. ℣. non tamen. Ab intestato ār fraudarentur in peculio quod arrogator retineret nisi esset cautio vt. ff. de castren. pecu. l. ij. Verum tamen est q̄ licz ista cautio non esset facta. nihilominus tamen interpretatione legis reputaret facta vt. ff. de adoptio. l. his ꝝbis.

¶ Sed replicatur. ergo sequitur q̄ ista cautio non solum debet fieri si pupillus ℣. pubertatem decedat. sed etiam post quia videt q̄ successores potest ita bene defraudare post pubertatem sicut añ Solutio ¶ Pupillus post pubertatez potest testamentum facere vt supᵖ. qui et er quibus. manumittere non possunt. ℣. cum ergo. et tunc euanescit pupillaris substitutio et patris testamentum. Et ideo successio illoruz. tunc est a fortuna quia iste potest aliter disponere de rebus suis. vt non succedant. Et quia est fortuitum. ideo de ℔ non est ius ordinatum vt. ff. qui. ex cau. manumis. libe. non fiunt. l. Julianus.

Opponit scdo ad idē. Et videt q̄ ista cautio nō debz fieri q̄ arrogatio ē act⁹ legitimus, et tales nō recipiūt diē neq̄ cōditionē vt.ff.de regu.iu.l.actus Solutio Ista cautio nō facit actū arrogationis cōditionalē sed certificat successores vt dictū est. Nec tñ est q̄ actus legitimi nō recipiūt cōditionē expressam sed bene recipiunt cōditionem tacitam. que si fuerit expressa viciaret actus vt ff.de lega.pmo.l.iij. Et ideo si papa scribit executori vt prouideat alicui de.bñficio si sit idone⁹. illa nō intelligit p̄ie cōditionalis sed exhortatoria instruēs executorem qualiter facere debeat. ꝛ de isto habetur in cle.vnica de offi.delega.

Minorem natu. Sñmatur sic. Minor nō p̄t maiorē adoptare.q̄ adoptio imitat naturā.et mōstruosuz esset filium esse maiorem supple etate suo patre Et ideo adoptās debet xviij. annis adoptatū p̄cedere.et p̄t adoptio fieri in locū nepotis vel pronepotis seu aliorum descendentiū.pōt etiam aliqs adoptare q̄uis filios naturales non habet. Et si quis aliquem loco nepotis ex filio naturali vel adoptiuo nati adoptat dz filius ille consentire ne ei inuito suus heres agnoscatur. Sed si auus nepotem ex filio in adoptionem dederit nō requiritur cōsensus filij. Si etiā quis nō extraneum adoptauerit p̄t illum alteri in adoptionē dare. Et cōmune est in vtraq̄ adoptione q̄ illi qui generare non p̄nt de facto,sed bene ꝼm naturam vt spadones adoptare possunt. Sed castrati qui natura generare nō p̄nt. etiā adoptare nō p̄nt.hoc dicit.et pz intellectus textus.

☞ Notādū primo.q̄ plena pubertas interdū est xiij.ānoz vt.ꝼ. qui.mo. tute. fini.ꝼi. Interdum est in iure xv.ānoruz vt in auctē.de tempo.nō solu. pecu.sup dote.ꝼ.generaliter.colla.vij. Interdum est xvij.annoz.vt sup̄.qui et a qui. manumittere nō p̄nt.ꝼ.fina. Interdū est xviij.annoz.vt hic et.ff.de alimentis lega.l.mela. Legitima tñ etas in iure est xxv.annoz vt.ff.de lega.pmo.l. cuz filio

Notandū scdo circa ꝟbū. consentire pmo.q̄ qñ aliquis vult adoptare quem in loco nepotis ex filio suo nati requiritur cōsensus filij sed nō alioz agnatoruū vt.ff.de adoptio.l.cum adoptio. Et si filius consentiat moriente patre adoptāte fit iste adoptatus in potestate filij. et suus heres vt.ff.de adoptio.l.si quis nepotem. Sed si non consentiat moriente patre adoptante nō fit in ptāte filij.sed succedit cum eo tanq̄ filius vel nepos iuxta cōditionem gradus.in quo adoptatus est vt.ꝼ. de hereditā. que ab intesta.deferunt.ꝼ.cum autem. Quādo ergo dicitur in tex. ne ei inuito debet intelligi ei scz filio inuito.q̄uis glo. duas alias expositiones ponat. Et ex isto pz q̄ quando aliquid fit in preiudiciū tertij est ille vocandus vt.ff. de adoptio.l. nam ita diuus. Et notat p Inno.in.c. humilis.extra de maio.et obedien. Et si ignoretur nomen.fiet generalis citatio.vt.C.de remissio pigno.l.si eo tpe.ꝛ istud intelligit in actibus qui sunt volūtarie iurisdictionis.secus in alijs

Notandū tertio.q̄ spadones sunt illi quorum virilia spata.i.cultello abcisa sunt. Sed castrati sunt qui ex natura generare nō p̄nt. Cū ergo spadones naturaliter possint generare.licz de facto impediant possiunt adoptare. sed castrati qui a natura impediunt adoptare non p̄nt.quia vt dictū est.adoptio imitat naturam. Ex quo pat⁹ q̄ plus est illud quod est a natura q̄ ex accidenti vt.ff. de libe.et posthu.l.sed et quesitum. Sacerdotes añt adoptare possunt. quia licet generare nō possint impotētia iurl.

nisi essent orientales qui vtunt matrimonio prius cōtracto vt notat Johan. an. in c. vnico de clericis cōiugat. li. vi. tamē nō possunt nō generare impotentia facti et nature.

☞ Opponit primo sic Et videt q nō oportet adoptantem precedere adoptatuz in xviij. ānis. quia xviij. annoruz pt quis matrimoniuz cōtrahere. ergo tunc potest adoptare ¶ Solutio ¶ Non est simile in mrimonio et in adoptiōe. quia in adoptione agitur de preiudicio adoptātis aliter cꝫ in mrimonio. propter legitimā que debet adoptato. Et ideo in adoptiōe requiritur maior deliberatio ⁊ plenior cōsensus qui vt communiter nō est ante xviij. ānnz vt. ff. de postula. l. i. ℣. puericia. et lex respicit ad ea que sunt cōmuniter vt. ff. de legibus. l. naz ad ea.

¶ Sed replicat. ex isto videtur q q̄ adoptaēt duos deberet p̄cedere in xxxvi. ānis qō nō est verū ¶ Solutio ¶ Istud nō sequit. quia potest aliquis etiā naturaliter vno āno plures filios habere. et ex vna vel ex diuersis mulieribus. Et ideo sufficit adoptātē in xviij. ānis p̄cedere etiam si plures adoptet. sicuti vna absolutio sufficit ad plures excommunications vt notat bar. in l. de pupillo ff. de noui op̄is nūci.

¶ Opponit secūdo Et videtur q auus non possit nepotez suuz sine cōsensu patris in adoptionem dare. quia sine illo nō potest eum nuptui tradere vt. ff. de ritu nup. l. oratione ¶ Solutio ¶ Nuptie habēt maiorem indiuiduitatem vt ē de patria potesta℣ nuptie. Et plus req̄ritur cōsensus parentū vt supp̄ de nup. ℣. i. cꝫ in adoptione. Et ideo ibi requiritur cōsensus patris.

¶ Sed replicatur Iste cōsensus requiritur propter preiudicium. sed in isto casu fit patri preiudicium in successiōe. et in p̄ditiōe patrie potestatis vt. ff. vnde libe. l. scripto. ¶ Solutio ¶ Potest filium istum instituere licz sit adoptatus. ⁊ nō fiunt in sua potestate. et sic ei nō fit p̄iudicium etiam iure antiquo. Hodie autem non est timor quia succedit nec trā sit in potestatem adoptātis extranei vt supp̄ eo ℣ sed hodie.

Femine. Sūmatur sic. Femine non possunt adoptare. quia liberos in potestate non habēt nisi ex indulgentia principis in solatium amissorum filiorum. hoc dicit. et p̄z intellectus textus.

☞ Notanduz primo. q mulieres nō habēt filios in potestate vt. ff. de suis ⁊ legitimis heredibus. l. nulla.

¶ Notādum secundo Qꝫ ista indulgentia qua feminis cōceditur adoptare habetur. C. de adop. l. mulierem. ⁊ hoc in solatium filiorum amissoruz in bello vt ℣. de excusa. tutor. ℣. sed ⁊ si quis in bello.

☞ Opponit sic Et videtur q si femine possunt adoptare tunc etiam debent adoptatos in potestate habere. quia beneficia sunt amplianda vt in aucten. cōstitutio que dignita. ℣. penul. colla. vi.
Solutio ¶ Ueruz est q beneficia sunt amplianda sed non contra naturaz. Modo contra naturam est. mulieres filios in potestate habere. Et ideo beneficiuz cōcessum de adoptione nō debz extēdi ad matrem ptātem.

Illud proprium est. Summat sic. Arrogatus vna cum his qui sunt in sua potestate. efficit in potestate arrogatoris. hoc dicit.

Sed intellectus textus est. Q; proprium est in arrogatione vt arrogatus cum liberis suis fiat in potestate arrogatoris Et ideo cum augustus voluit arrogare germanicum qui noluit arrogari ab augusto cōsuluit tyberio vt arrogaret germanicum. quod fecit. et tunc augustus arrogauit tyberiū. et factus est germanicus nepos augusti adoptiuus qui noluit esse filius.

☞ Notandum primo Q; istud scilz q; arrogatus transit cum suis in potestatē arrogatoris intelligit nō solum de his qui sunt actu. sed etiaz de his qui erunt Et sic efficiunt in potestate arrogatoris filij nati. nascituri vel etiam postliminio reuersi vt. ff. eodem. l. si pater fami. in principio.

¶ Notandum scdo. q; aliquando fit indirecte quod non potest fieri directe vt ff. de legi. l. contra legem.

☞ Opponitur et videtur primo q; arrogatus cum his qui sunt in potestate sua nō semp transit in potestatez arrogatoris. p. l. ope. ff. de opis liberto. ¶ Solutio ¶ Illa lex loquit de libertis quorum ope reseruate sunt patrono. z ideo propter ius patronatus est ibi speciale.

¶ Opponit scdo et videt q; nō potest fieri indirecte illd quod prohibet fieri directe p c. statutum. ij. de hereti. li. vi. Solutio ¶ Illud non pt fieri indirecte quod nō potest fieri directe impotentia iuris z sic intelligit. c. statutū. ij. alle. Dz qd nō potest fieri directe impotētia facti bñ potest fieri indirecte vt hic.

¶ Apud cathonem.

Summat sic. Si dñs adoptet seruū vel nominet cum in iudicio filiuz. p hoc seruus fit liber. hoc dicit. et patz intellect? textus.

☞ Notandum primo Q; si dñs adoptaret seruū alienum vel libertuz alienū nō habz veritatē istud dictum. quia talis nō fit liber p adoptionē vt. ff. de adoptio. l. si pater.

¶ Notandum scdo ibi. constitutione. q; ista constitutio habet. C. de lati. liberta. tollenda. l. vnica.

¶ Notandum tertio ibi. licz. q; ex isto tex. elicit. si nō valz qd ago vt ago. valz tñ in ātum valere pōt. vt etiam notat C. de lati. liberta. tollen. l. vnica ℣ simli modo.

¶ Notandū quarto Q; si dñs nominet seruum filium extra iudiciū nō prodest C. de libera. cau. l. penul. et sic verba adulatoria in iudicio causant dispositionē fauore libertatis vt hic. sic etiam in testamento fauore vltime volūtatis vt. ff de fideicōmissa. liberta. l. paulus. Alit autem verba adulatoria nihil opant vt ff. de actio. et obliga. l. obligationem.

☞ Opponit sic Et videt q; nō est verū si nō valz quod ago. ꝛc. p. l. i. ff. de iure codicillo. ¶ Solutio ¶ Illa lex loquit de eo qui dixit expresse se nō velle facere codicillos. Jam istud dictum si nō valz intelligit quando nō est pactum de non valere.

Titulus XII

Quibus modis ius patrie potestatis soluitur.

Dictuz est supꝛ qualiter cōstituit ius patrie ptātis naturalis z ciuilis. et q; nihil est in humanis qd dissolui nō possit vt in auctē. de nup ℣ deinceps. colla. iij Ideo tractat hic qualiter ius patrie potestatis soluit. Et diuidit iste titulus in leptem ptes. In prima declaratur quō

soluitur patria potestas p̄ mortē natu/ralem. In scda ibi.cum aūt is. quō soluitur p̄ mortem ciuilem. In tertia ibi. fi/liussa.quō p̄ dignitatem. In quarta ibi. si ab hostibus.quō p̄ captiuitatem. In quīta ibi.preterea.quō soluit̄ p̄ emācipationē. In sexta ibi.sed si pater.quō solūitur p̄ adoptionem. In septima ibi. Illud aūt.soluūtur duo dubia.

Videamus nunc Summat̄ sic. Dictū est quō serui liberant̄ a ptāte dñica. Hic dicit̄ quō liberant̄ liberi a ptāte patria. Haz p̄ mortem p̄is filij existentes in sua ptāte. sui iuris efficiunt̄.sed p̄ mortem aui nepotes fiunt sui iuris.si tpe mortis aui pat̄ eorum fuit mortuus vel emancipatus. Sed si fuerit viuus et in potestate aui nepotes cadūt in ptātem patris eoruz. hoc dicit.et ptz intellectus textus.

☞ Notāduz q̄ de liberatione seruoz dictū est supō de liberti ℣.i.t ℣.multis.et in glo.magna ℣.fina.

☞ Opponit̄ ṕmo sic Et videt̄ q̄ tex. nō bene dicat aliquē sui iur. fieri p̄ mortem parentis.quia mater est parens vt supō de iure naturali gentiū et ciuili ℣.i. Et tñ p̄ mortem matris nemo fit sui iuris.vt ꝫ titulo proxi ℣.femine. vbi dicit̄ q̄ mulier nō habz liberos in potestate. Solutio Parēs intelligit̄ hic stricte pro superiori in linea paterna. sed supō de iure naturali accipit̄ generaliter.

Opponit̄ secundo Et videt̄ q̄ textꝰ non bene dicat mortuo patre filios fieri sui iuris.quia vt subditur possunt eē in potestate aui. Solutio Textus ille intelligitur mortuo patre qui filios habz in potestate et nō existente superiore.

Opponitur tertio Et videtur q̄ non semp existēte patre in potestate aui tpe mortis aui nepotes recidunt in potestatem sui patris.quia si pater fuit emancipatus et postea arrogatus a suo patre tunc est in eius potestate. Et tamen nepotes in illo casu p̄ mortem aui non cadunt in potestatē sui patris vt.ff.de adoptio.l.si pater filiū. Solutio Istō intelligitur quando pater nūq̄ exiuit a patria potestate. Nam patria ptās semel extincta respectu filioruz nunq̄ reuiuiscit. Sicut etiam dicit̄ de gratia ad beneficiū que p̄ matrimonium extinguitur. et mortua vxore non reuiuiscit vt in glo.in c.vnico de clericis coniugatis li.vi.

Opponit̄ finaliter Et videt̄ q̄ filij cadunt in ptātem patris p̄ mortem aui.licet pater tempore mortis aui non sit in eius potestate.quod videt̄ contra finez textus istius ℣.probatur in aucten.constitu.que dignita ℣.istud.colla.vi. Solutio In fine tex.dicitur quando pat̄ exiuit patriam potestatem p̄ emancipationem.secus aūt est quando p̄ dignitatem vt in ℣.alle.

Cum autem Summat̄ sic. Per deportationem patris vel filij in insulam soluitur patria ptās. sed per indulgentiam principis pristina iura restituunt̄. Per relegationem aūt patris vel filij in insulam non soluitur patria ptās. Seruus autem pene effectus pdit patriā ptātez que quidez pena est quādo quis in metallum damnat̄ vel bestijs subijcit̄. hoc dicit.t ptz intellectus textus.

☞ Notādū ṕmo.q̄ iste textus ṕmo loquit̄ de media capitis diminutiōe. t in fine ibi .pene.loquitur de maxima capitis diminutione.sed in medio loquitur de relegatione.

Notandum scdo. q differunt deportatio z relegatio. quia deportatus pdit familiã suam. sed relegatus non vt hic in textu. Scdo quia deportat⁹ pdit bona sua. relegatus non. vt. ff. de interdic. et relega. l. i. Tertio quia deportatus p petuo pdit ciuitatem. relegatus ad tps. vt. ff. de interdic. et relega. l. relegator. uterq; tamen retinet libertatem vt. ff. de bonis damnator. l. z si. Quarto quia deportatio solum fit p imperatorem aut vicem eius tenentem vel p ptorem seu p pfectuz vrbis vt. ff. de penis. l. ij. Fit etiaz p senatores quoruz sententia parẽ habet effectuz cum pdictis vt. ff. quib⁹ appellare non licz. l. i. Et si deportatio p alios iudices fiat non valet nec executioni mandatur nisi p imperatorẽ approbet vt etiã insulaz siue locum assignet vt. ff. de legatis iij. l. i. §. ij. et §. deportatos. Dz relegatio potest fieri p quoscunq; iudices habentes meruz imperium vt. ff. de interdic. et relegatis. l. relegator. Non tamẽ fit p defensores ciuitatis vt in auct. de defensori. ciuita. §. nulla. colla. iij. Banniti autez nostri temporis assimilãtur deportatis. si cum pditione ciuitat. publicent eorum bona. Alioquin assimilantur relegatis. vt vult glo. hic p. l. i. ff. de bonis damnatorum. Sed bal. aliter dicit in. l. i. C. de heredibus instituendis. Vult eniz q pena banniti nostri temporis est distincta a deportatione et relegatione. et assimilatur in re ciuili. excõmunicatiõi in re spirituali. quia sicut excommunicatus non potest agere. potest tñ excipere et appellare vt in. c. intelleximus. extra de iudicijs. sic et bannitus.

Notandum tertio ibi. pinde. q mors ciuilis compatur morti naturali vt hic et. ff. pro socio. l. verum. §. societas.

Notanduz quarto ibi. pari ratione. q vbicunq; est eadem ratio debet esse idez ius vt. ff. de verbo. obligatio. l. a titio. et. ff. ad le. aquiliam. l. illud. Non tamen vbi est contraria ratio debet esse contrariuz ius vt. ff. de colla. bonorum l. si quis.

Notanduz quinto ibi. restitutum. q p indulgentiã principis possunt deportati restitui. et tunc recuperant pristina iura vt honores et ordines et similia. Inter que etiam est patria potestas vt C. de sententiaz pass. l. fina. Refert tamen an princeps dicat in remissione indulgemus. an restituimus. quia si dicat indulgemus intelligitur remissa pena. sed non restituuntur bona. et sic intelligitur. l. in insulam. ff. de penis. Sed si dicat restituimus non solum intelligitur remissa pena sed restituuntur omnia pristina iura vt. ff. de penis. l. ij. et le. generaliter. quia verbum restitutionis generale est ad omnia vt. ff. de vsucapio l. videamus. §. et in fauiana. Non tamen intelligitur restitutus ad bona alienata vt. C. de hereticis et maniche. l. item de nestorianis. Et ideo consulit bart. in l. gallus. ff. de libe. et posthu. vt impetretur q princeps dicat restituim⁹ te etiaz ad bona alienata.

Notandum finaliter Q. seruus pene effectus non habet dominium nisi supplicium. Unde nihil acquirit fisco. vt. ff. de his qui non pro scriptis habentur. l. iij. Hodie tamen per penã nullus ingenuus fit seruus vt in auctẽ. de nupt ijs. §. quod autem. collatio. iij. Nisi forte aliquis condemnatus sit ad vltimuz supplicium. vt vult barto. in le. qui vltimo. ff. de penis. Et ideo talis non potest testamentum facere. ff. de testamentis. l. eius qui. Possiunt tamen iniuste ablata restituere. vt notat Johãnes. an. in c. quanq; de vsu. libro vi.

Quibus modis patrie potestas solvitur.

Et est ista pena quando aliquis damnatur ad fodiendum metallum vel in ope metalli vel in ministerio metalli. vel metallo ligat̄ qui. ligabant̄ ne fugerent et ponderе quodaz opprimebant̄ ferro vel alio modo sicut hodie fit his qui d galeas ponunt in Italia. Bestijs aūt quis subijcitur qui damnat̄ ad bestias deducendum vel cū bestijs comedendū. Hz quia iste pene modo nō sunt in vsu paz curandū est de eis.

¶ Opponit̄ primo sic. Et videtur q̄ mors ciuilis nō compatur morti ñaturaliquia p̄ mortem naturalem dissoluit̄ matrimonium et nō p̄ mortem ciuilem. vt. C. de repu. l. i. ¶ Solutio ¶ Mors ciuilis compat̄ naturali in illis in quib⁹ representat eundē effectuz cū morte naturali. vt in his que sunt iuris ciuilis sicut patria ptās. bonorū possessio et filia. Non autē in his que sunt iuris naturalis. vel gentiuz vel etiā facti. Et ideo si aliquis obligatus est bona sua dimittere post mortē alteri et ipe ingrediatur religionē que est mors ciuilis xvi. q. i. c placuit ij. Non debz ꝓpter hoc illi alteri bona sua dimittere vt. ff. de iure fis. l. statius florus ¶ cornelio.

¶ Opponit̄ scdo Et videt̄ q̄ restitutus debz etiā recipere bona alienata. quia si aliquis mortuus restituat̄ ad vitā. sicut factum est in lazaro recupat oīa bona sua etiam alienata vt in glo. in. l. si ex his ff. de legibus ¶ Solutio ¶ Illa glo. loquitur de restitutiōe que nō p̄t fieri nisi p̄ ipm deuz. hic āt loquimur de restitutione que fit p̄ hoīez.

Filiusfamilias.

Dic sūmat̄ Filius si fiat miles proconsul vel senator nō liberat̄ a patria potestate. sed si fiat patric⁹ liberatur. quia inconueniens est patrem posse filium suum per emancipationem a patria potestate liberare. Imperatorem autez non posse eum quez elegit sibi patrez ab aliena potestate eximere. hoc dicit. et ptz intellectus textus.

¶ Notanduz primo Q̄ istud corrigitur C. de decurionibus. l. fina. libro. x. vbi ponuntur dignitates p̄ quas aliquis liberatur a curia. et per consequens a patria potestate vt in aucten. cōstitu. que dignita ¶ i. inter quas connumeratur dignitas proconsularis. Et additur illis dignitas episcopalis vt in aucten. constitu. que digni ¶ palā. colla. vi. Ille tamē dignitates non liberant nisi existentes in exercit. ioexceptis proconsulari patriciatus et episcopali dignitatibus. sacerdotium autem non liberat a patria potestate vt in aucten. presbyteros. C. de episcopis ⁊ clericis. Sed ingressus religionis liberat a patria potestate vt. ff. de mino. l. si ex causa.

¶ Notandum secundo Q̄ ista constitutio de qua loquitur textus. habetur. C. de cōsulibus. l. fina. libro iij. Et dicitur patricius tanq̄ pater principis. De quibus Salustius dicit. patres conscripti quia eorum nomina erant scripta in libro principis vel in coronis eorū.

Si ab hostibus.

Summatur sic. Capto patre vel filio ab hostibus pendet ius patrie potestatis. iure postliminij. a limine dicto. qui si reuertatur recipit omnia iura pristina. sed si pater in captiuitate moriatur. intelligitur filius a principio captiuitatis sui iuris fuisse. hoc dicit.

¶ Sed intellectus textus est. q̄ patre capto ab hostibus licz fiat seruus hostium tamen ius patrie potestatis est in

suspenso.iure postliminij.quo quidez in re si reuertat recipit oia pristina iura et liberi in eius ptate sūt itez. qz fingitur semp in ciuitate fuisse.sed si in captiuita te moriat. fuerunt filij sui iuris a prin/cipio captiuitatis. Similiter si filiꝰ vel nepos captus sit ab hostibus pēdet ius patrie potestatis. Et dictuz est postlimi nium a limine t post quia reuersus. di/citur ad limina sua redire. Et si aliquis captus ab hostibus recupet.dicit etiam postliminio reuersus

☞ Notandū primo.qꝫ ꝓpter istud ius postliminij aliqui posuerunt mediuz in ter eos qui sunt sui vel alieni iuris. Sz non bene quia liberi alicuius capti ab hostibus in veritate sunt sui iuris.quia pater est seruus hostium.sup̄ de iure ꝑso nar.ℌ serui.i. Et ideo talis nullos p̄t in ptate habere vt.ff.ad le.iuli. de adulte.l sic euenit. Intelligit ergo ista penden tia respectu status futuri.et non respe/ctu presentis vel preteriti vt.j. de ℞bo. obliga.ℌ conditiones. Si igit iste capti uus reuertat fingitur semp in ciuitate fuisse iure postliminij. sed si in captiui/tate moriatur fingitur a principio capti uitatis mortuus iure legis cornelie. Et ideo si filius istius faciat testamētū vel contrahat valz.sed si reuertat pater rū/pitur testamentum t soluitur contractꝰ Sed si moriatur etiam post factionē te/stamenti vel contractum manet firmum quod ꝑ filium actum est vt.ff. de testa.l. lex cornelia.

Notāduz scdo.qꝫ postliminiū est ius amisse rei recupande ab extraneo mori/bus t legibus constitutū vt.ff.de capti. et postlimi.reuer.l.postliminiuz.

Notanduz tertio ibi.dictū est. qꝫ post liminiuz dicitur a limine quia reuersus ab hostibus redit ad limina patrie vel ciuitatis sue Et ideo quādo dicitur in vel intra vel infra intelligit intrinseci/tas vt si dicatur in domo intelligitur in tra limina domus vt.ff. de flumi.l.i.ℌ in flumine. Sed quādo dicitur.in ptinen/tijs domus. intelligitur ad spatium du orum pedum.etiam extra domum vt.ff. finium regundorum.l.fi.et.ff. de seruitu tibꝰ vrbanoꝝ p̄diorꝝ.l.q̄daz hyberus. in glo.sed quādo dicitur.in circūstantijs ec clesie.intelligitur ad spatium xxx.peduz extra ecclesiam vt notat bar.in.l. apud labeonem.ℌ cum vicium.ff. de iureiurā/do.xvij.q.iij.c.sicut.in glo.

Notandum quarto.qꝫ illa que recu/pantur ab hostibus debent restitui illis a quibus capta sunt vt.ff.de cap.et post liminio reuerf.l.sicut liberis Et hoc est veruz si cadant sub iure postliminij vt equi oues boues et similia. Aliqua enim sunt que non cadunt sub iure postlimi/nij vt vestes arma et similia.ff.de capti. le.ij. Sed de rebus hostium est distin/guenduz. quia si sint imobilia que ab eis capiuntur debent publicari.ff.de capti. l.si captiuus. Sed si sint mobilia et capi untur ab eis anteq̄ sunt victi tunc fūt capientium vel occupantiū vt.ff.de cap. l.si quis in bello. Si vero capiantur ab eis postq̄ sunt victi tunc debent dedu/ci ad ducem vel capitaneuz belli vt ipe ea distribuat inter pugnantes ℌm me/rita sua vt dicit bar.in dicta.l. si quis in bello. Et ista vera sunt de bello publi/co et iusto. Si enim vna ps ciuitatis cō tra aliam pugnet non est belluz sed dis/sensio vt.ff.de captiuis.le. si quis inge/nuam. Et si vna ciuitas contra aliam si ne auctoritate principis pugnet non est bellum sed litium cultura vt.ff.de testa/men.l.quia latronibus.et seruientes in talibus bellis non sunt armigeri sed fu/res t latrones vt notat bar.in.l.hostes ff.de captiuis.

Quibus mo. ius patrie po. soluitur.

Opponitur primo contra predicta Et videtur q̄ ius postliminij non est rationabile quia videt punire captiuos. Pena enim est priuari patria potestate et seruus esse/et non est afflicto addēda afflictio Solutio Istud ius inductum est fauore reipublice et etiam captiuorum quia si ipi retinerent bona in sua ptāte possent cōtrahere apud hostes et bona sua ad hostes obligare. Et alia in eorum damnum facere quod propter istud ius non possunt Et ergo per istam penam succurrit maiori periculo iuxta c.duo mala.distinc.xiij.

Opponitur secundo Et videtur q̄ si filij captiuorum sint sui iuris tunc possent multa facere in preiudicium patris et sic istus ius esset patri valde nociuus Solutio Dicit Azo C. de senten. pass.in rubrica q̄ isti filij nihil possunt facere in preiudicium patris. Datur etiā curator bonis patris.ff.de tutelis.l. muto. Si tamen tempore captiuitatis aliquis acquirat ius in bonis captiui p̄ prescriptionem vel vsucapionem hoc non recupat reuersus nisi per restitutionem in integrū.ff. de capti.l. eos qui ab hostibus.

Opponitur finaliter Et videtur q̄ si captiuus fieret seruus hostium solueretur matrimoniū.p.l.cum due.ff.de captiuis.quod esset valde durum dicere Solutio Dicitur in illa le. p̄ doc. q̄ iuē ciuili reuersus ab hostibus debz de nouo in vxorem et ipa in euz consentire.sed hoc non requiritur iure canonico vt in c.i.de coniugio seruoꝝ.

Preterea emancipatione.

Summatur sic. Per emancipationē soluitur ius patrie potestatis.que quidem emancipatio olim fiebat per imaginarias venditiones vel ex imperiali rescripto. sed modo fit apud quēcunq̄ iudicez retento parenti in bonis emancipati eodem iure quod debetur patrono in bonis liberti. Et ipe parens fit tutor impuberis emancipati Potest quoq̄ filius emancipari nepote retento in potestate ⁊ ecōuerso.hoc dicit.⁊ ptz intellectus textus.

Notanduz primo Q̄ per liberos intelliguntur hic omnes descendentes scz filius nepos et deinceps vt.ff.qui tutores dare possunt.§.i.

Notanduz secdo Q̄ imaginaria venditio idez est q̄ ficta venditio vt.ff. de regu.iuris.l.imaginaria. Fiebat autem olim emancipatio p̄ imaginariaz venditionez hoc modo. Naz pater vendebat filiuz suum fortassis pro vno nūmo ⁊ sic filius factus fuit seruus. Deinde emēs manumittebat filiuz et tunc fuit emancipatus vt.ff.de captiuis.l.liberuz. Dz hec emancipatio,modo non habet locuz tamen sicut tunc per emancipationem fuit capitis diminutio Ita modo p̄ emācipationez ē minima capitis diminutio vt.ff.de capitis diminutione.§. minima.

Notandum tertio Q̄ emancipatio modo fit per quencunq̄ iudicem siue merum siue mixtuz imperium habeat vel solaz iurisdictionem.potest enim fieri per defensorem ciuitatis vt in auct.de defensoribus ciuita.§.nulla.collatio.iij. Etiam per iudicem extraordinariuz vt filius Coloniē ciuis potest emancipari coraz iudice Leodiē vt.ff de manumis.vindicta.l. etiam. Potest etiam fieri in quocunq̄ loco non turpi ff.de iusticia et iure.le.penulti.

Et licz cõmuniter fiat capiendo filium cuz manu et dimittẽdo eum cuz aliquibus verbis scz dimitto te de potestate mea. Potest tñ fieri nõ capiendo filiuz cum manu. qua de manu exponit.a. de potestate vt.C.de emãcipa.libero.l. penulti.

Notandum quarto.q olim pat emãcipando filium.retinebat sibi totum peculium filij vt.ff.quibus non est pmissuz facere testamẽ.§.i. Sed hodie habet pater in bonis filij emãcipati idem ius qõ patronus in bonis liberti. vt hic dicit scz si ab intestato decedit succedit in oibus bonis liberti patronus filijs nõ extantibus. Ex testamento vero in tertia pte.liberis vero existentibus in nihilũ vt.ff.de succes.libe.§.i.et ij.et.§.sed nostra In quibusdũ nihilominus se habz alit pater respectu bonorum filij emancipati q̃ patron⁹ respectu bonoz libti. Primo si filius turpez psonam instituat. pater habet totum. vt .ff.si quis a paren. manumissus fuerit.l.patronus Secũdo si pater pro emãcipatione precium recepit nihil habebit vt.ff.si quis a paren. l.i.§.si parens. Tertio si filius miles fuerit et castrense habeat. de illo pater nihil recipit.ff. de re militari.l.si a milite. Quarto alij filij non succedunt loco patris sicut filij patroni.ff.si quis a paren. l.i.§.fina. Quinto si p coactionem pater filiuz emancipauit nihil habet.ff. si quis a paren.l.fi. Sexto non datur patri calumniana sicut patrono vt .ff. si quis a paren.l.nõusq̃.Dicitur autem actio calumniana per quam reuocantur ea q̃ in fraudem patroni libertus alienauit q̃ vt factum fuit non datur patri. Septimo nõ habet pater opas filij emancipati sicut patronus liberti.ff.si quis a paren.l.penulti.

Notandum quinto.q qualiter pater debet esse tutor impuberis emancipati. latius dicẽt.§.de legiti. parẽ.tute. in pncipio, z de fiduciaria tutela etiã in pnci.

Notandum finaliter. q pater non tenetur filio emancipato aliqua bona dare vt.ff.de agnoscen.libe.l.fi. De cõsuetudine tamen pater dat filio emancipato aliqua bona vt.C.de colla.bono.l.vt liberis. Et ista bona non tenetur filius computare in legitima sua vt .C. de inofficio.testamen.l.si quando.§.generalit tenetur tamen filius ista bona conferre cum alijs filijs in diuisione bonorum patris vt dicta.l.vt liberis.C.de collatio. bonorum.

Opponitur primo contra predicta sic Et videtur q pater potest precium recipere pro emancipatione filij sine pena per.§.hoc quoq̃.§.p quas psonas nobis acquiritur. Solutio Duplex est precium.scilicz conuentionale et legale Modo pater pro emancipatione non potest recipere precium conuentionale vt hic dicit in notabili.sed bene potest recipere precium legale vt in.§.hoc quoq̃ et.C.de bonis que libe.l.cuz oportet.

Opponit scdo Et videt q patri etiã dat caluisiana p bar.in.l. nõusq̃.ff. si q̃s a parẽte. Solutio Si filius alienauit bona titulo oneroso.z sine fraude.nõ dat pri caluisiana. Secus ãt si cũ fraude Prio mõ intelligit dictũ h. z scdo mõ intelligit.d.bar. in.l. nõ vsq̃.

Sed et si pater. Sũmat sic. Si pr filiũ suũ auo vel proauo actis interuenientib⁹ in adoptionẽ dederit sine ꝺdictione adoptantis z adoptati soluitur patria potestas z transit filius in potestatem adoptantis; quia concurrũt ius naturale et ius adoptionis.hoc dicit. z patet intellectus textus.

Notandum primo: q qualit filius auo materno indifferenter et auo pino

in casu in adoptionez dari potest. Dictū est supᵒ titulo prox. ℣. sed hodie. Adoptio tamen fieri debz actis interuenientibus vt hic dicitur in textu. i. cum scriptura. sed si talis scriptura amittatur potest ꝑ bari adoptio ꝑ testes vt in glo. l. ij. C. de emācipa. libero. Ex quo ꝓz ꝙ si fuerit statutum factū. ꝙ nemo posset petere de bituz nisi ꝑ instrumentuz. si ꝑdituz sit tale instrumentū. adhuc potest probari de bituz ꝑ testes vt in. l. emācipationez. C. de fi. instrumento.

¶ Notanduz scdo. ꝙ si infans fuerit ꝙ emācipatur nō habet veritatem ista regula vt. C. de emācipa. libero. l. penulti.

¶ Notanduz tertio. ꝙ taciturnitas habetur pro consensu. et tacēs affirmat vt ff. de pigno. l. si fideiussor. ℣. pater.

☞ Opponitur primo contra predicta Et videtur ꝙ iste ℣. non conuenienter ponitur hic. quia nō soluitur patria potestas. sed trāsit de vno ad aliud ¶ Solutio ¶ Licz non soluatur patria ptās in isto casu ꝙntuz ad filiū soluitur tamē quo ad patrem. Et hoc sat. s est pro isto titulo.

¶ Opponitur secundo Et videt ꝙ taciturnitas non compatur consensui ꝑ. l. ij. ff. de adoptio. ¶ Solutio quādo actus fit ꝑ euz in cuius potestate est tacēs tūc taciturnitas compatur consensui. Sed si actus fit ꝑ ipmmet cuius est actus requirit consensus expressus. et hoc vult ibi. l. ij. in oppositū allega.

Illud autem. Hic soluūt duo dubia. Primuz. quia dictuz est ꝙ patria ptās aliquādo soluit ꝑ mortem aui. et aliquādo non. vt ꝛ eodez ℣. i. Dubiū est quādo soluitur. ꝛ quādo non. Secundū ē quia dictum est de solutione patrie potestatis. dubitatur an filij possint parentes cogere ad emancipādum eos. Summatur ergo sic iste ℣. Si nurus tua ex filio tuo concepit ꝛ postea filium tuum emācipaueris vel in adoptionē dederis. nepos nascitur in tua potestate. sed si post emācipationem vel adoptionem concepit. nascitur in potestate patris sui naturalis vel aui adoptiui. hoc dicit ꝙntuz ad ꝑmuz responsum. Et filij naturales vel legitimi quasi nullo modo possunt cogere parentes ad emācipandū eos. hoc dicit. quo ad scdm ℟ponsum. Et ꝓz intellectus textus. ex summario.

☞ Notandum primo Q istud intelligitur de nuru que cōcepit ex filio naturali et legitimo. quia naturalis filius tantum non est in potestate. vt supᵒ de nup ℣. fina. De legitimo autem tantum hoc est adoptiuo. dicunt aliqui istud nō esse verum. ff. de capitis diminu. l. si liberos. Melius tamē dicit ꝙ etiā istud verum sit de filio adoptiuo. ff. de adoptio. l. liberum.

¶ Notāduz scdo. ꝙ ex isto textu elicit si post conceptū alicuius pater efficiatur sacerdos. nō ē ille filius sacerdotis. vt etiā habet. l. impialis. C. de nuptijs.

¶ Notāduz tertio circa verbum. pene. ꝙ pater in aliquibᵒ casibus ꝑt cogi emācipē filiū suū. ꝑmo si legatū agnouit. qđ sibi relictū vt filiū emācipet. ff. de cōditio. ꝛ demōstra. l. si cui. Scdo. si aliqs adoptauit ꝑ ignū suū. et ille ꝑ ignᵒ ꝓbat sibi nō expedire esse in ptāte cogit pat adoptiuus illū emācipare. Et silr dicendū est de quocunq; adoptiuo. si sibi nō expediat vt. ff. de minoribus. l. iij ℣. si quis minor. Tertio si ꝑ peccādi necessitatē ponat filie cogit eā emācipare vt C. de epāli. audiē. l. si lenones. Quarto si pater filium male et contra pietatem affecerit vel tractauerit vt. ff. si quis a parente manumissus fuerit. l. fina.

Similiť etiã nõ põt cogi filius vt emãcipeť vt in auctẽ.qui.mo.natura.efficiuntur sui.§. generaliter. colla.vij. Põt tñ pr filiũ eo inuito emancipare in illis casibus in quibus pt eũ exheredare. vt notat bar.in.l.quidã.ff.de verbo.obligationibus. Filius aũt emancipatus in aliquo casu pt reuocari ad patriam ptãtem vt si pr sit paup ad alendum patrez suũ. vt.ff.de libe.agnoscen.l. alimenta.§. necare.

☞ Opponiť sic Et videť q filius conceptus añ emancipationem ť natus pr debz esse in potestate pris.per simile.q filius conceptus ex ancilla ť natus ex libera muliere est liber. ť non attendiť tempus conceptus sed natiuitatis vt ff de ingenuis.§. ex his. xxi.sufficit.ergo etiã in isto casu attendi debz tps natiuitatis ť non conceptus Solutio Nõ est simile de libertate ť patria ptate. Nam quo ad libertatem sufficit matrem aliqñ liberam fuisse vel in cõceptu vel in partu. fauore libertatis sed in patria potestate solum attendiť tempus conceptus quia nõ considerať ibi talis fauor. Dazz enim refert filium in potestate pris vel aui esse.

Titulus XIII
De Tutelis.

Continuať sic Dictum est de iure psonarum illarum scz que sunt alieni iuris dicendum ergo est consequenť de his que sunt sui iuris. Et quia illarum ius est duplex. scz tutela ť cura. quarundam tñ neutrum ius est. Idcirco primo tractatur hic de tutelis. Et diuidiť pñs titulus in quattuor ptes. In pma poniť continuatio. In scda ibi. est aũt. poniť tutele diffinitio. In tertia ibi. tutores. ponit nois interpretatio. In q̃rta ibi. permissũ. declarať testamẽtaria tutele datio

Transeamus nũc.

Sũmať sic. trãseũdũ nũc est ad aliam diuisionẽ psonazz. q̃ scz sui iuris sunt quazz quedã sunt sub tutela vel cura Et quedã neutro iure tenenť. Et videndũ est q̃ de his q̃ sunt sub tutela. vel cura quibus intellectis intelligenť alie. Et pmo de his q̃ sunt sub tutela. hoc dicit. ť ptz intellectus textus.

☞ Notãdũ pmo. q ista est tertia diuisio iuris psonazz. Pma enim dicta est ẽ de iure psonazz. Scda sup̃ de his q̃ sui vel alieni iuris sunt. vel magis ppue est ista subdiuisio. illi⁹ diuisionis de his que sui vel alieni iuris sunt. quia hic diuiditur vnũ mẽbrũ illi⁹ diuisionis.

Notandum secundo. q tutor nõ dať nisi his qui sui iuris sunt vt. C. de tuto. furioso prodigo. l. fi. Et ideo filiusfamilias existens in potestate pris non debz habere tutorem. quia nemo presumiť talem filium et bona sua melius gubernare. q̃z pať. cuz amor paternus omnẽ aliũ extraneum amorem excedat vt. d. l. fin. C. de tutori. furio. Si tamen pater non vellet ãministrare nec habere lucruz in hereditate aduenticia. daretur curator hereditati vt in. l. fina. C. de bonis que libe. Auctoritas tamen patris non semp sufficit filio. de quo talis dať distinctio. Quia si agať de bonis in quibus pať habet vsumfructum vel in quibus dubitatur de lucro ť de damno patris tũc sufficit auctoritas pris. In alijs aũt nõ sufficit. quã distinctionẽ notat bar. in. l. fi. §. pupillus. ff. de verbo. obliga. In tutore aũt non habz locum ista distinctio. Potest ergo filius interduz sine patre se obligare sed lesus restituiť. ff. de mino. l. i. que obligatio fit cum auctoritate curatoris. non tamen potest se obligare in voto sine auctoritate patris. vt in le. ad rem. §. si votum. ff. de pollicitationibus.

De Tutelis.

Nec etiam in macedoniano.ff. ad macedonia.l.i. Hinc est q filio in iudicijs datur curator in litem vt in glo.l.i.C. de bonis mater. Et dicunt aliqui q filius cum auctoritate pris sine curatore illo potest constituere procuratorem. et alle.l.fina.ff.de verbo.obliga. argumen.c. fin.de iudi.li.vi. Ubi dicit q minor cū auctoritate superioris in spūalibus potest procuratorem constituere. ergo fortius videt q filius potest cū auctoritate patris procuratorem constituere et ita opinatur quidam doctor raphael in dicta.l. fina.ff.de verbo.obliga. Lutius tamen est vt cōstituat cum auctoritate curatoris put alij dicunt.

¶ Notādum tertio Q bonū est argumentum si cognoscat vnum contrariorū q tunc cognoscit reliquū. vt hic in tex. t supā de his qui sui vel alieni iur. sunt ℌ videamus. Quod verum est de cōtrarijs imediatis vt ibi dictū est.

☞ Opponit Et videtur q non semp datur tutor ei qui sui iuris est. quia pōt dari tutor filio eius qui captus ē ab hostibus vt.C.de senten. pass.l.fi. Et ille nō videt esse sui iuris cū patria ptās sit in pendēti vt supā titulo proxi ℌ fi ab hostibus ¶ Solutio. Cuius hic patria potestas sit in pendēti hoc est respectu status futuri t nō presentis. Et ideo talis filius in veritate est sui iuris considerato tpe pūti. Et ideo pt habere tutorem

¶ Est autem tutela.

Hic ponit diffinitio tutele.que est. Tutela est vis atq potestas in capite libero ad tuendum eū qui propt etatē se defendere nequit iure ciuili data t pmissa.

☞ Notādum primo Q vis atq potestas exponit in glo.i. violenta ptās. quia tutor datur inuitus vt .C.de curialibus.l.nullus li.x. Et etiā datur inuito vt.ff.de tuto.et curato.datis ab his.l nec nō. Et in hoc differt tutela a cura.q non dat inuito vt ℌ.de curato ℌ item inuiti. Sed ista expositio non placet aliquibus.quia tutela sepe datur volenti. vt.C.quando mulier tutele officio fungi potest.l.ij. Glo.etiam exponit.vis ad cogendum.potestas ad imperandū.que expositio etiam non placet quibusdā.q ante confectionem inuentarij est tutela t nō est vis ad cogendum.nec potestas ad imperanduz. Idcirco bar.in.l.i.ff.de tutelis.aliter exponit vt vis atq ptās. idez sit qđ potestatiua virtus.mutando vnum nomen substantiuū in adiectiuū Et simile est cum dicitur.pactuz est placituz atq consensus.exponitur.i.placitus cōsensus.ff.de pactis.l.i.

¶ Notāduz scdo q dicit.in capite libero quia seruus nō pōt habere tutorem nisi dubitet de statu suo tunc enim posset sibi dari tutor.ff.ꝺ tuto.et curato. datis ab his.l.ei qui.bar.tamen in.l.i.ff. de tute.exponit in capite libero vt sit sensus q seruus non potest esse tutor.siue exercere officium tutoris.

¶ Notandum tertio Q dicitur. ad tuendum.ad differentiam patrie potestat.l. que est ad gubernandum filiū put vult et sibi acquirenduz et sic est ad cōmodū ipius patris quicqd filius acquirit patri.vt ℌ. p quas psonas nobis acquirit ℌ i. Tutela enim non est ad commoduz tutoris sed est onus. Nam tenetur tutor de dolo et lata culpa.vt.C. arbitriū tutele.l.ij.

¶ Notandum quarto Q dicitur.propter etatez.ad differentiam curatorum qui dant furiosis et mente captis qui propter morbum se defendere non possunt vt ℌ. de cura ℌ furiosi et nō dant propt etatem.

☞ Opponitur primo sic Et videt q̄ potest dari legitimus curatoꝝ extra ca sus in pmo notabili positos p̄ §.pmum in aucten.vt hi qui obliga.perhi.se ha/bere res mino.colla.vi. ¶ Solutio Ille textus loquitur de curatoꝝe gene raliter.vt extendit se ad tutoꝝem. sicut quandoqz tutoꝝ etiam capitur generali ter pꝛo curatoꝝe.

¶ Opponit scdo Et videtur q̄ ratio in textu quare filius defuncti patroni nō est fiduciarius tutoꝝ libertoꝝ. sicut filius patris defuncti liberoꝝ ipuberū nō valet.quia licz frater non cadit in potestatē fratris sui. Nepos tamen de/functi si non esset emancipatus caderet in potestatem patris sui qui est filius defuncti.et ideo quo ad illum ratio nō videtur valere. ¶ Solutio ¶ Si liber tus mansisset seruus caderet in potesta tem filij patrom sui patrono mortuo iu re hereditario q̄ scz heres et defunctus censentur vna persona nec renouatur obligatio ex persona heredis ff. de ver bo.obliga.l.ij.§.ex his. Et ideo si filius non esset heres non fieret dominus ser ui.sed nepos caderet in potestatem pa/tris sui nō iure hereditario sed iure pa trie potestatis. quia dato q̄ pr̄ nō esset heres defuncti.nihilominus nepos ca/deret in suā potestatem.et hanc soluti/onem innuit glo. Sed vt mihi videtur clarius dici potest.q̄ suppositū in argu/mento non est verum. Supponitur enī q̄ per hoc quia nepos caderet in pote/statem patris sui fieret pater tutoꝝ fi/duciarius.quod non est sic. quia si cadit in ptātem suam tunc nullum potest ha bere tutoꝝem vt supꝛ de tute.§.fi.et si non cadit in ptātem suam tunc pater reci/piet legitimā parentum tutelaz.⁊ ideo fiduciaria tutela in isto nepote nō pōt habere locum.

¶ Opponitur tertio Et videtur q̄ ali/quis est pfecte etatis ante xxv.annum. quia doctoꝝ iuris minoꝝ xxv. annis vi/detur esse pfecte etatis quia non re/stituitur vt dicitur in glo.in.l.professio C.de muneri. patrimoniorum libroꝝ. ergo est pfecte etatis ¶ Solutio Talis doctoꝝ non restituitur propter scientiam in his que sunt ignorantie iu ris.sed bene in his que sunt ignorantie facti. Maz si incōsulte reciperet cogni/tionem cause.posset restitui vt non iu/dicaret vt in.l.cum lege.ff. de arbi.

De attiliano tutore

Dictum est sup̄ in continuatione ꝟ. pmissum. sup̄ de tute. q̄ triplex est tutela scz testamentaria. legitima ⁊ datiua. Declaratis ḡ testamentaria ⁊ legitima tutelis. Consequēter dicendum est de datiua tutela. de qua habetur hic. Et diuiditur pñs titulus in duas ptes principales. In prima tractaꝫ de datiua tutela. In scḋa ibi. impuberes. datur generalis regula quo ad omnes tutelas. Prima ps subdiuidiꝫ in quattuor ꝑm quadruplex ius dationis tutele. secūda ibi. sed ex his legib⁹. tertia ibi. sed hoc iure. quarta ibi. nos autē.

Si cui nullus. Deficiēte testamentario ⁊ legitimo tutore. vel dato tutore in testamēto sub conditione vel in diem et ante hereditatez aditā. vel tutore capto ab hostib⁹ olim dabaꝫ tutor in ciuitate rhomana a pretore vrbano cum maiore pte tribunoꝝ plebis ex. l. attilia. Et in prouincijs a p̄side ex. l. iulia et ticia. sed adueniēte cōditione vel die et post aditam hereditatem vel capto tutore reuerso desinebat esse tutor datus ex his legibus. hoc. di. Et ptz intellectus textus.

☞ Notādum primo. q̄ lex attilia dicitur a quodā sic noīato qui fecit illā legē et ita forte de iulia et ticia.

Notandū scḋo. q̄ existente tutore testamentario nō est locus legitimo vel datiuo vt. C. q̄ tuto. da. pñt. l. si sororis. Et si sūt duo legitimi tutores. vno mortuo vel deficiente alius solus manet tutor. vt in. l. iij ꝟ. sed si aliquis. ff. de legit. tute. Sz si duo sṫ testamētarij vno mortuo debet alī⁹ esse in loco eius qui erit legitimus vt. ff. de testamenta. tute. l. si quis sub cōditione ꝟ. fi. Et idem esset si esset vnus testamētarius. quia eo mortuo veniret legitimus vt. ff. de testamēta. tute. l. eadem ꝟ. quod si tutor. Sed si tutor testamētarius excusareꝫ vel amoueretꝫ veniret tutor datiuus vt. ff. eo. l. eadem ꝟ. si se. Sed si ille datiuus moritur venit legitimus vt in glo. dicte. l. si quis sub conditiōe. Similiter sicut quādo papa confert prebendam vacantem in curia que spectat ad collationem ordinarij. Si talis prebēda postea vacat extra curiam. reuertiꝫ collatio ad ordinarium vt in. c. licz. ⁊ in. c. presente. de preben. libro vi. Quando tamen sunt plures tutores testamētarij ⁊ vnus moritur. potest vnus solus administrare. quousq̄ alius aduenīat vt. ff. de administra. tuto. l. decretis ꝟ. si simul. et. C. de iudicio. prestan. l. fi ꝟ. fi. Simile est in executoribus testamenti qui in multis assimilantur tutoribus. ff. de tute. l. tutela plerūq̄. Et ideo si vnus executor moriatur vel noluerit exequi vel remouetur alius solus debet exequi vt notatur in. c. fi. de testamen. li. vi. Et nō pñt tutores nec executores alios in locum suum deputare vt notatur in. l. sicuti. ff de arbitris.

Notāduz tertio q̄ rhome erāt tres tribuni plebis. ⁊ sic maior ps erāt duo ex tribunis vt. C. de offi. pretо. l. ij.

Notādū quarto. q̄ non solum olim iure antiquo deficiente tutore testamētario ⁊ legitimo dabaꝫ tutor ex lege. sed etiā hodie in hoc casu datur tutor a iudice vt. ff. de testamenta. tute. l. si quis sub conditione.

Notandum finaliter q̄ quando tutor captus erat ab hostibus cum reuertebatur non tenebatur de administratiōe facta tpe sue captiuitatis p tutorē

De attiliano tutore.

datiuū vt.ff.si quis cautio.l.iiij.§.itez si quis. Ex quo ptz q̄ rector vel officialis nō tenet de his que fiunt p̄ substitutuz suū. vt notat̄ in.c.i.de offici.vica.li.vi.et.C. de coqui vicē alterius obtinz l.ij. Et p̄t substitutus quicquid p̄t principalis nisi requirat̄ specialis cōmissio sicut cum vltimū supplicium est inferēdū vel p̄cedendū ē mēbruz vt in glo.d. legis scde.C.de offi.eī qui vicē.ꝛc. Et simile est de collatiōe beneficiorum in qua req̄rit̄ specialis cōmissio vt notat̄ in al legato.c.i.de offi.vica.

☞ Opponit̄ primo sic Et videt̄ q̄ nō bene dicit̄ hic tutorem dari sub cōditione p̄ regulā.actus .ff.de regu.iur.
Solutio ¶ Illa regula loquit̄ de conditione expressa.hic aūt dicit̄ de conditione tacita.vel melius dicit̄ q̄ illa regula.loquit̄ de tutela datiua. hic āt sermo est de tutela testamēraria.de isto etiam dictū est supꝝ qui tuto.dari possunt.§.ad certum tempus.

¶ Opponit̄ scdo Et videtur q̄ nō opz dare tutorē vt pupillus adeat hereditatem sicut hic dicit̄ in textu p̄ bar.in.l.si nemo.ff.de testamen.tutela. qui dicit q̄ pupillus fauore etatis sine tutore pōt adire hereditatem ¶ Solutio ¶ Quando pupillus qui fuit in potestate fuerit institutus et sibi tutor testāmentarius datus videtur consurgere quedā indissolubilis pplexitas. quia pupill⁹ nō potest adire hereditatem sine tutore vt §.titulo proximo.§.neq̄. nec habebit tutorem aūq̄ testamentū habeat suū vigorē ꝛ p̄ cōsequēs aūq̄ hereditas adeatur.l.et si nemo.et.l.si tutor.ff. de testamenta.tute.vñ ratione illius pplexitatis dat̄ attilianus tutor pupillo ad huiusmodi hereditatē adeundaz vt hic in textu.et sic cōsuluerūt Dynus et bal.
Posset tñ pupillus hereditatem adire auctoritate iudicis.qui supplet auctoritatē tutoris.l.si infanti.C.de iure delibe. l.bonorum.C.qui admit. ad bonorum possess.possunt.et hoc voluit hic gl.sup ꝟbo existēt. Bar.tamen tenet contrarium in dicta.l.si nemo.quia dicit q̄ testamentum confirmat̄ ratione suitatis sed opinio p̄cedens ē verior ꝛ tutior ꝛ eam tenet spe.in ti. de tutore.

Sed er his legibus.

Hic ponit̄ scdm ius. Et summatur sic. Datio tutele ex istis legibus cessauit. quādo cōsules pupillis vtriusq̄ sexus ex inquisitione.et pretores ex constitutionibus ceperunt dare tutores.q; fm prescriptas leges attiliam. iuliā ꝛ ticiā nō fiebat satisdatio siue cautio rem pupilli saluam fore.nec cōpulsio tutorum ad administrationez tutele.hoc dicit. ꝛ ptz intellectus textus.

☞ Notandum primo.q̄ inquisitio facienda est an tutor sit diues vel pauper §.de excusa.tuto.§.et propter paupertatē Et iam debet inquiri cuius cōuersationis sit vt supꝝ de arrogatore dictum est de adoptio.§.cum autem. An etiam sit hoēsta psona vt ff.de tuto.ꝛ curato.da. ab his.l.scire.§. cum residuo.

¶ Notādū scdo.q̄ tutores legitimi debent satisdare. et etiā datiui si non sint dati a maioribus iudicibus vt.ff.rez pupilli saluā fore.l. nō quasi. Non aūt testamentarij vt §.de satisdati.tutorum in principio.

¶ Notandū finaliter.q̄ cōpulsio ad tutelam recipiendam debz fieri officio iudicis nec est necessarius libellus vel ordo iudiciarius quia quolibz tpe et loco fieri p̄t.l.qui habet in fi.ff. de tutelis.

Compulsio ad tutelam recipiendam

Quia tutor potest vari in die feriata. id est festiua etiã in honorez dei nisi detur cum inquisitione quia tũc iudex cedere dz inquisitiõi. de quo p bar. in. l. nec mã dante. ff. de tuto. et curato. da. ab his et in. l. ij. ff. de feriis. Remedia ad cõpellẽ dũ sũt plura. ß scz pignoris captio mul/cte indictio bãni extraordiarij impositio et psone detentio. l. sacrilegi. ℈. fin. ff. ad le. iuli. peculia. l. i. ℈. quid ergo. ff. de ventre. inspicien. Est etiam aliud remediuz quod est missio in bonorũ possessionem. l. is cui legatoz. ff. vt in posses. lega. Item potest iudex alteri precipere ne comedat donec administrationem tutele recepit vt est glo. notabilis in. l. item apud labconem. ℈. questionis. ff. de iniurijs.

Sed hoc iure Hic ponit tertiuz ius Et summat sic. Rhome dabatur tutor a pfecto vel pretore fm suã iurisdictionez. z in prouincijs a presidibus ex inq sitione. Vel magistratus dabant tutores iussu presidum cuz cautione si non sunt magne facultates pupilli. hoc di. z ptz intellectus textus.

Quid interest inter pretorem et prefectum

Notandũ primo Qz pretor et prefectus sic differunt. quia prefectus cognoscebat in criminalibus. et pretor in ciuilibus vt ff. de offi. pfec. vbis. p totuz. et de offi. pfec. preto. p totuz. Prefectus etiã habebat iurisdictionẽ extra rhomaz p centũ miliaria. et pretor solũ in vbe vt ff. de offi. prefec. vr. l. i. ℈. cum vbem.

Notanduz scdo. q iudex dans tutorem debz habere eum tutorem et pupilluz in sua iurisdictione. vel ratione originis. vel ratione possessionis. vel ratione domicilij. vt. ff. de tutor et curatori. da. ab his. l. ius dandi. Et si nõ reperiat in illa iurisdictione tutor idoneus recurritur ad loca vicina vt ff. eo. l. diuus Et potest pupillus mutare domicilium ad habendum bonum tutorem vt ff. de tuto. et curato. da. ab his. l. i.

Notandum finaliter Qz magne facultates possunt dici quinquaginta aurei vt. C. de defenso. ciuita. l. i. vel etiaz decem aurei vt in aucten. de defensori. ciuita. ℈. et iudicare collatio. iij. vel magne facultates dicuntur quingenti solidi vt. ℈. eo. ℈. proximo.

Opponitur sic Et videtur q datio tutele non possit delegari quod tamen videtur hic dici. probatur quia est mixti imperij. ff. de tute. l. mutus. ℈. tutoris datio. Sed quod est mixti imperij nõ potest delegari vt. ff. de offi. eius cui man. est iurisdic. l. i. Solutio Verum est q datio tutele non potest delegari iurisdictionem nõ habenti. sed bene habenti aliquam iurisdictionem vt. ff. de tutoribus. et curato. da. ab his l. ius dandi. Ista tamen datio tutoris q̃ est mixti imperij non cõuenit omnibus iudicibus qui habent mixtũ imperiuz sed tm̃ his q̃bus specialiter et noiatim cõmittitur nec venit in generali commissione. vñ isti comites palatini qui habent potestatem legitimãdi non pñt dare tutores nisi specialiter cõmissum sit p impatorem fm bar. in. dicto. ℈. tutores. Vel dicendũ est. q̃uis regulariter ea que sunt mixti imperij non delegantur. l. imperium. et ibi notaꝫ. ff. de iurisdic. oĩm iudi. tñ fallit hoc fauore pupilloruz vt dicit bar. in dicta. l. imperium. quia ista est alia spẽs mixti imperij que pt delegari vt ibidẽ dicit.

Nos autem. Hic ponit quartuz ius Et summatur sic. Tutores vel curato/

De attiliano tutore.

res sine iussu presidum possunt dari per defensores ciuitatis cum epo. vel p alias psonas publicas cū cautione et periculo eor qui tutelam accipiunt si facultates valent quingentos solidos. i. si non excedant qngentos solidos. hoc dicit. Et pz intellectus textus.

☞ Notandū primo. q̄ isto iure non expectat iussus p̄sidū. i. delegatio vel p̄ceptū. Et differunt iussus et mandatus quia mandatū nō habet necessitatez vt ff. mandati. l. i. Sed iussus habet necessitatem vt. ff. quod iussu. l. i.

Iussus et mandatum differunt

¶ Notandū finaliter q̄ solidus capit hic pro aureo vt. ff. de penis teme. litigā ti. ff. i. quoz septuaginta duo faciunt libram vt. C. de susceptoribus et archariis prepositis. l. quotiens li. x. Et ideo ff. si quis quicq̄. in auctē. de pace tenē. de feudis colla. x. vbi dicitur si quis furetur quicq̄ solidos suspendatur furca. Si minus excoriet̄ scobis. debet intelligi de aureis.

☞ Opponit̄ p̄mo sic. Et videt q̄ tutor non dat̄ cū episcopo. quia hoc nō obseruat̄ ¶ Solutio ¶ De iure scripto datur cuz epo sed non de consuetudine que est pro lege habenda vt. C. de emācipa. libero. l. i. Et ideo hodie nō est necessariuz hoc fieri vñ episcopus nō dat laicis tutores nisi habeat sup eos iurisdictionem tpalem quēadmodum habet episcopus parisiē. vt notat̄ in. c. si clericus. extra de fo. competen. E regione laici non possunt clericis dare tutores. quia clerici nō sunt de iurisdictiōe eor vt. C. qui tuto. da. possunt l. neq̄. Epūs vero dat tutorem clerico quem cogere potest de iure canonico. Quia de iure ciuili clerici non possunt cōpelli ad tutelam. aucten. presbyteros. C. de epis ⁊ clericis. facit ad idem lxxvi. distinctio. c. peruenit.

¶ Opponitur scdo Et videtur q̄ dantes tutores non debent esse in periculo vt. ff. de satisda. tuto. ¶ penulti. et vlti. Solutio ¶ Illi. ¶ loquūtur de maioribus iudicibus. Sed alij iudices et tabelliones sunt in periculo. Et ideo si fideiussores non sunt soluendo. tenent illi qui tutores dederunt. cuius etiā fideiussores tempore dationis fuerūt soluendo. nisi ipi hoc probauerint. scilicz dantes tutores. quia qui iam nō est solui/ uendo presumitur semp fuisse non soluendo. nisi oppositum probetur. ff. de pbatio. l. non est necesse.

Impuberes autem

¶ Hic ponitur generalis regula de omnibus tutelis. Et summatur sic. ¶ Conuenies est naturali iuri impuberes aliena tutela regi. Et tutores post puberta tem iudicio tutele debent rationes reddere. hoc dicit. Et patz intellectus textus.

☞ Notandum primo Q̄ iste ¶ habet veritatem in omni tutela siue fuerit testamentaria siue legitima siue datiua.

Tutela testamentaria legitima et datiua

¶ Notandum secundo Q̄ iudiciū vel actio tutele ⁊ actio de ratiocinijs distrahendis differūt. Primo quia actio tutele non nascit nec exercet̄ nisi post pubertatē. vt. ff. ō tute. et ratioci. distrahē. l. si tutor. Actio vero de ratiocinijs distrahendis et alie actiones bene nascuntur añ pubtatez. sed nō exercent̄ vt. ff. de tute. et ratioci. distrahen. l. sed nō dātur. Scdo quia actio tutele dat̄ in simplū et ꝓter dolū. et latā culpā etleuem Sed actio de ratiocinijs datur in duplū et ꝓter dolū tātū. Ita tñ vt in duplo contineat̄ rei psecutio vt. ff. de ōria actio. tute. l. ij. Actio etiam tutele datur contra tutorem et heredes eius.

Actio tutele

Actio de ratiocinijs distrahendis

Sed actio de ratiocinijs solum contra tutorem ⁊ vna intentata nō datur alia vt.ff.de tute ⁊ ratioci.l.i. Sed actio tutele et furti sic se habent q vna intentata bene datur alia. vt.ff.de tute.⁊ ratioci.l.i.§.in tutela.

☞ Opponitur sic Et videtur q iudicij tutele potest esse ante pubertatē vt ff.de tute.⁊ ratioci.distrahen.l. nisi finita. ¶ Solutio ¶ Non datur ista actio nisi post pubertatem si nō sit ante pubertatem finita tutela. quia tunc datur ante pubertatem vt in illa.l.nisi finita.

Titulus XXI
De auctoritate tutorum.

¶ Continuatur sic. Dictum est supᵖ de diuersis tutelis ⁊ tutoribus.⁊ quia tutores danᵗ vt pupillis auctoritatē prestent.ideo tractaᵗ hic de aucto.tuto. Et diuiditur in quattuor ptes. In prima declaraᵗ qñ auctoritas tutoris est necessaria ⁊ qñ nō. In scda ibi. neqz. respōdet tacite questioni. In tertia ibi.tutor.declarat quō ⁊ quo tpe auctoritas tutoris debz interuenire In quarta ibi.si inter. soluit quoddam dubium.

Auctoritas Sūmaᵗ sic. Pupilli sine tutoris auctē possunt conditionem suam meliorem facere sed non deteriorem. Et ideo possunt alios sibi obligare sed nō obligari. hoc dicit. ⁊ ptz intellectus textus ex summario.

☞ Notandum primo. q pupillus sine auctoritate tutoris nō potest sibi ꝑiudicare.alijs promittendo vt hic ⁊.C de cōtrahen.⁊ cōmitten.stipula.l. neqz. Et idem est de muliere paciscente sup dote vt.ff.de pac. dota.l. de die. Et de alimentario transigente.C.de transac.l cum hi.§.quid ergo.

¶ Notandū scdo. q ex hoc textu semp allegaᵗ q pupillus ꝑt cōditionē suam meliorare sed non facere deteriorē sine auctoritate tutoris.istud tñ vex ē vbi pupillus solueret creditori sine tutoris auctoritate ad ḥ vt dñus trāsferre tur in creditorem quia hoc nō pōt.l.obligari.§. pupillus ex oībus.ff.eodez.sed bene vt liberetur quia sic posset obligare naturaliter et ciuiliter vt est glo. singularis in.l.ij.ff.de accep.

¶ Notādum 3°. q licz pupillus alios obliget.si tñ emat aliquid.⁊ postea rem emptam petat repelliᵗ exceptione doli mali si preciū nō offerat vt.ff.de rei vēdica.l.si id quod. Si etiā in depositō dolum fecerit obligaᵗ.⁊ ꝑt cōtra eum agi ff. depositi.l.i.§. pupillo.

¶ Notandū quarto.ex hoc q in textu dicitur .ipi qui cuz his ꝓhunt ⁊ pupilli nō obliganᵗ.ptz q cōtractᵘ aliqñ claudicat vt hic ⁊.ff.de actio. emp.⁊ vendi. l.iulianus.§.si quis a pupillo.

☞ Opponiᵗ ꝓmo sic. Et videᵗ q pupillus pōt cōditionē suā deteriorē facere p.l.possessionē.ff.de acquiren.possessio. ¶ Soᵒ. ¶ Pōt cōditionē suā deteriorē facere in his q̄ sunt facti vt vult illa.l.ꝫ nō in his q̄ sūt iuris vt diciᵗ ḥ.

¶ Opponiᵗ scdo Et videᵗ q nō ꝑt alios sibi obligare p.l.pupillus.ff.de regu. iurl. ¶ Soᵒ. ¶ Illa lex loquiᵗ de pupillo infante qui nō ꝑt alios sibi obligare. quia nō habz aliquē intellectū. et ideo nō obligat aliū vt.§.de inuti.stipula.§.et qđ diximus.et.§. pupillus. et bona glo. ē.ff.de regu.iurl.

¶ Opponiᵗ tertio Et videᵗ q pupillᵘ dñ ꝑt obligari p.l.litigatores.§.pe.et fina.ff.de arbitris. et in.§.perspexim⁹ in aucten.de nō eligendo scdo nuben.collatio.i. ¶ Solutio.

De auctoritate tutoꝝ.

Illi textus loquũtur quãdo pupillus factus ẽ locupletioꝝ ⁊ tunc põt in veritate obligari vt. C. de administra. tuto. l. si minoris.

Opponitur finaliter. Et videtur q̃ contractus non potest claudicare p. l. i C. de rescinden. venditione. Solutio Illa lex loquit̃ in liberationibus in q̃bus non est claudicatio. sed hic loquimur in obligationibus.

Reqꝫ. Hic respondet tacite quẽstioni. exq̃ dictũ est q̃ pupillus sine tutoris auctoritate põt cõditionẽz suam meliorem facere. posset aliqs querere anne posset tunc hereditatem adire ⁊ alia facere. Ad quod respondet textus iste. qui sic sũmatur. Nõ põt pupillus de iure ciuili sine tutoris auctoritate hereditatẽ adire. nec bonorum possessionẽ petere. nec hereditatem ex fideicõmisso suscipe q̃uis lucrosa sit. ℏ dicit. Et ptꝫ intellectus textus.

Notandũ primo. q̃ hereditas est successio in vniuersum ius. qđ habuit defunctus. tpe mortis. deducto ere alieno vt. ff. de ℏbor significatio. l. nihil. Et ↄ̃ dat̃ hereditas ex testamẽto vel ab intestato iure ciuili vt ff. de petitio. hereditа. l. i. ⁊ ij. Sed bonorũ possessio pue est vna dictio est ius recipiẽdi psequẽdiq̃ ⁊ retinendi illud qđ in bonis illi⁹ erat cui succedit de iure põtio. vel vt in glo. ẽ ius psequẽdi retinẽdiq̃ patrimonij qđ cuiuscq̃ fuerit cũ is mouit̃. ff. ℏ bonorũ possess. l. ij. Et dat̃ ex testamẽto p bonorũ possessionẽ fm tabulas vel ab intestato vt vñ liberi. q̃ sũt oẽs de iure põtio vt. ℏ. de bonorum possessio. ℏ quos ãt Et sicut pupillus nõ põt adire hereditatez nec petẽ bonorũ possessionẽ sic etiaz nõ põt hereditatẽ ex fideicõmisso recipe vt hic dicit̃. q̃ dat̃ ex senatusc̃õsul. trebellia. vt. ℏ. de fideicõmiss. hereditа. ℏ sed quia. Nec põt etiã bonorũ possessionẽ cãseruãdaꝫ libertatũ recipe. quia succeditur in vniuersuz ius ex ist̃l. vt. ℏ. p q̃s p̃so. nobis acquirit̃ ℏ fina. Nec sufficit in istis vel in alijs cõtractibus tutoris auctoritas. qui nõ habz administrationem Et ideo si emã aliquid a pupillo mediãte tutore quẽ scio nõ administrare sed aliũ nõ trãsferẽ in me dominiũ. ff. de auctо. tuto. l. iij. Nec sufficit etiã auctoritas curatoris q̃ dat̃ pupillo in defectuz tutoris vt. ff. de appella. l. cum in vna. ℏ tutor. vsq̃ in finẽ legi.

Notãdũ scõo. q̃ ratio q̃re pupillus nõ põt predicta est duplex Prima quia nõ põt se obligare vt supꝝ eodem ℏ proximo. Secũda quia in istis cõmuniter sunt vexationes. ⁊ lites ⁊ onera quib⁹ pupillus non debet grauari vt ff. de mino. l. minoribus xxv. annis.

Notandũ tertio Q̃ tutor nõ potest etiam solus adire hereditatẽ vel repudiare nisi pupillus essz infans vt. C. de iure deliberan. l. si infans. Secundo si iudex ex certa cã supplet defectuz tutoris. id est administratoris. l. bonoruz. C qui admit. ad bono. possess. pos. ⁊ de ista certa scientia debz cõstare ex actis. aliqs iudex p̃sumitur temerarie hoc fecisse. vt notat Innocen. in simili in. c. veniens. extra de filijs presbyte. Et istud verum nisi esset talis actus qui requireret decretuz iudicis. quia tunc iudex non potest supplere auctoritatem administratoris fm glo. in. l. si curatorem habens. de restitu. in integrum ti. generali. C. Nõ potest interea pupillus bonorũ possessionez agnoscẽ nec repudiare sine tutore vt. l. seruus ℏ impuberes ff. de bonorum possessio. ℏz tutor solus põt agnoscere bonorũ possessionẽ vt. l. tutor ℏ pupillo. ff. de bonorũ possessio.

Et ratio quare tutor non potest solus adire hereditatē sed bene agnoscere bonor possessionē est ista quia agnitio cōsistit in facto sed aditio in mera voluntate. ⁊ ea que in mera voluntate consistunt non possunt p aliuz expediri vt ff. de actio. ⁊ obliga. l. si quis sub hac. et hāc rationē ponūt ange. ⁊ Salice. in. l. bonor Ballegata Sz solus tutor nō pt bonor possessionez repudiare vt. ff. de successo. edic. l. i.

¶ Notādum finaliter. q pupillus etiā nō pt esse in iudicijs criminalib⁹ vel ciuilibus sine tutoris auctoritate vt. C. de auctoritate prestan. l. clarum.

☞ Opponit̄ primo sic Et videt̄ q pupillus potest adire hereditatē qr posset esse hereditas sine omni onere et obligatione ⁊ illā vt videt̄ possz adire sine tutoris auctoritate qua cessante causa cessat effectus ¶ Solutio ¶ Differētia est inter hereditatē opulentam et lucrosam. quia opulenta dicitur que nō habz onera siue vexationes quia in ea non sunt debita. sed lucrosa dicitur respectu facultatū et hac diuisione stante dicunt aliqui q potest adire opulentā sed non lucrosam p. l. si quis mihi ff. si quis. ff. de acquiren. hereditā. Sed tutius dicēdū est q nullā potest adire. quia adeundo quasi cōtraheret vt. l. qui ex malefic⁹ ff. de actio. ⁊ obliga. et sic obligaret̄ vt ff. de obligatio ff. Jam non potest obligari. vt s eo ff. priori. et. l. obliga ff. pupillus. ff. de auctoritate tuto. Et ad legē si quis mihi. dicit̄ q licz aliqua hereditas non est onerosa hoc tū est raro. ⁊ leges nō dant̄ nisi de his q frequent̄ cōtingūt ff. de legi. l. nā ad ea.

Quid interest inter hereditatem opulentam et lucrosam

☞ Opponit̄ finaliter Et videt̄ q pupill⁹ pt ee in iudicio sine tutore. p. l. mōetarie. C. q legitimā pso. in iudi. stan. habent ¶ Sō ¶ In q̄busdā casib⁹ pōt pupillus sine tutore ee in iudicio. Primo in mōetaria possessione vt in. l. alle. in opposito. Scdo in int̄ dicto de libero homine exhibēdo vt. ff. de libe. ho. exhiben. l. qō et lex. Sicut etiā minor adultus sine curatore pt ee in iudicio. p⁹ in crimie adulterij vt. ff. ad le. iuliaz de adulte. l. fz marit⁹ ff. lex. scdo in īpetratione venie etatl. vt. C. de his q ve. etatl. impetrauerūt. l. i.

Tutor autem. Sūmatur sic. ¶ Utile factuz pupilli tutore presente ipe tutor statum debet auctorizare. quia post tempus vel p nunciū seu epistolaz auctoritas tutoris interposita nihil agit. hoc. d Et ptz intellectus textus.

☞ Notandū primo. q si pupillus cōtrahat cum tali conditione si placeat tutori suo postq̄ venerit et pñs fuerit non valet cōtractus q̄uis sit conditionalis vt ff. eodem. l. conditionalis.

¶ Notandū scdo. q tutor dicit̄ autor fieri quādo approbat ⁊ laudat factū pupilli vt ff. de aucto. tuto. l. etiam.

¶ Notandū tertio. q qñ dicitur in tpe post tempus debet referri ad illud verbum statum. sed p nunciū vel epistolam debz referri ad verbū presens qr epistola mittitur inter absentes vt ff. de obliga. que ex consen. nascun ff.

¶ Notādū finaliter. q sicut pupillus nō pōt contrahere sine auctoritate tutoris sic nec filius in potestate existens sine iussu vel consensu patris vt. C. de bo. q libe. l. fina. Et differunt iussus auctoritas decretuz et consensus. Quia iussus debz precedere vt in. l. si quis mihi ff. iussum. ff. de acquiren. hereditā. Sed auctoritas interponit̄ presentialiter vt hic dicitur. Decretū aūt interponitur ex postfacto vt. l. instar. C. de iure fisci libro. x Sed cōsensus interdum precedit. interdū interponit̄ presentialiter. ⁊ interdū ex postfacto. vt notant docto. et declarant ista in. c. cum nos. extra de his que fiunt a prela. sine consensu capituli. De istis etiam in glo. in. c. i. de rebus eccle. non alienan. li. vi.

De auctoritate tutoꝝ.

☞ Opponitur Et videtur q̄ tutor p̄t factum pupilli auctorizare post tempus p. l. si quis mihi. ℣. iussum. ff. de acquiren. hereditā. ¶ Solutio ¶ Ibi tempus fuit modicum. ⁊ illa videnť ineſſe que in continenti inſunt. ff. ſi certum petatur. l lecta.

¶ Bi autem inter.

Sūmatur ſic. Si inter tutorez et pupilluz ſit iudiciuz agendū. dabitur pupillo curator vſq̄ ad finem iudicij. et non tutor ſicut olim. hoc dicit. et ptz intellect⁹ tertius.

☞ Notanduz primo Q̄ debitor pupilli nō poteſt eſſe tutor legitimus vel datiuus. vt in aucten. vt hi qui obliga. perhi. ſe habere res muno. ℣i. colla. vi ſed bene poteſt eſſe tutor teſtamentarius vt ℣. de ſatisdatio. tuto. ℣i. et. C. de epiſcopa. audien. l. de creationibus. Et nō ſolum intelligitur iſte ℣⁹ in actione de debito. ſed etiam in realibus actionibus in quibus non eſt ſic obligatio vñ procedit actio vt ℣. de actio. ℣i.

¶ Notandū Q̄ ſi adultus minor habeat actionē contra curatorem ſuum vt puta vtilem actorem generalez negociorum geſtor dabiť ſibi etiaz alⁱ curator vt ff. de adminiſtra. tuto. l. cū curatore.

¶ Notandum tertio Q̄ tutor non p̄t eſſe auctor in rem ſuam. nec in rem pupilli. quia idē eſſet actor et reus q̄ eſſe non poteſt vt ff. de verbo. ſignificatio. l. quod dicimus.

¶ Notanduz quarto. q̄ tutor dicit etiā agere rem ſuam. qñ bene adminiſtrat rē pupilli vt ff. de fur. l. interdum. ℣. qui tutelam.

¶ Notandū finaliť Q̄ in iſto caſu olim dabať pupillo tutor. ſed modo dať curator vt hic Et datur etiaz inuito vt ff. de tute. l. iij. ℣. idem caſſius.

☞ Opponitur primo ſic Et videtur q̄ prima glo. implicet. quia videtur dicere q̄ pupillus poteſt agere contra tutorem et poſtea q̄ non poteſt ¶ Solutio Pro intellectu iſtius glo. dicendum eſt q̄ duplices ſunt actiones. quedam ſunt que habent cauſam veruſtiorem q̄ eſt tutela vt ſi tutor contraxit cum patre pupilli vel pater pupilli mutuauit aliquid tutori. et iſtis actionibus poteſt pupillus agere durante tutela vt hic dicit Alie ſunt actiones que ſunt ex cauſa nō veruſtiori q̄ eſt tutela. Et tunc diſtinguenduz eſt quia vel pupillus vult agere actione tutele et nō poteſt. quia talis actio non naſcitur niſi finita tutela ſiue adminiſtratione. l. niſi finita. et. l. ſi tutores publice ff. de tutelis. et ratio diſtra. Aut vult agere alia actione vt quia tutor ſurripuit ei aliquid. ⁊ talis actio bene naſcitur ante finitam tutelam. ſed nō poteſt intentari et exerceri ante finitaz tutelā. l. q̄ nō daně. ff. de tute. ⁊ ratioci.

¶ Opponiť ſcō Et videť q̄ debitor p̄t eſſe tutor legitimus p aucten. ad hec. C. qñ mulier tute. offi. fungi poteſt ¶ Solutio ¶ Illa aucten. loquiť de matre et auia que poſſunt eſſe tutrices q̄ꝫ ſint debitrices. quia in illis eſt ſpeciale propter confidentiam illaz reſpectu pupilloz. Alias regula cōmunis eſt q̄ nō p̄t debitor pupilli eſſe tutor pupilli etiam teſtamentarius ſi teſtator ignoret debitū ⁊ ita tenet glo. in aucten. minoruz debitor. C. qui tuto. dari poſſunt. Glo. vero vt ſup̄ in p̄mo notabili dictum fuit. tenz q̄ p̄t eſſe tutor teſtamentarius. et q̄ in reali actiōe q̄s nō dicať obligatus et p cōſequēs realis actio non excludit a tutela quod intelligi debet ſi teſtator ſciebat illam actionem eſſe ſiue debitum. q̄ tunc preſumitur confidere de legalitate eius. et ſic intelligitur. l. minor debitor. C. qui tuto. dari p̄ñt. que allegabiť in ſequenti obiectione.

Opponitur tertio Et videtur q̄ debitor nō p̄t esse tutor testamentarius p̄ le.minor debitor.C.qui tuto. dare p̄nt Solutio.p̄z ex dictis in p̄cedentibus

Opponit quarto Et videtur q̄ tutor nō p̄t agere in rez suaz p̄ bar.in.l.i.ff. de auct.tuto. Solutio Tutor nō p̄t agere in rem suam principaliter. sed bene ex consequenti vt si pupillus adeat hereditatem debitoris ipius tutoris.

Opponit quinto Et videt q̄ idez p̄t esse actor et reus p̄ le.fi.C.de fideicommissa.liberta.quia ibi dicit q̄ idem fuit reus et iudex.ḡ a simili p̄t esse actor ⁊ reus. Solutio In illa le. legatarius detulit iudiciū heredi ex sua voluntate et quod hic dicit intelligit ex ordine iudicij.

Opponit finaliter Et videt q̄ in isto casu nō opz pupillo dare curatorē p̄ l.si plures ff.de testamēta.tute. Solutio Illa lex loquitur qñ pupillus habz plures tutores.et si tunc contingat iudiciū inter tutorem et pupillum nō opz habere curatorez.quia vnus tutor aget noīe pupilli contra aliuz.

Titulus XXII

Quibus modis tutela finitur.

Continuat sic. Supꝫ dictū est quō tutele nascunt̄ et fiunt. Hic consequenter declaratur quō finiuntur. quia nihil est in mundo stabile vt in auctē. de nup.ℌ deinceps.colla.iij. Et diuiditur pñs titulus in duas ptes. In prima declarat vnus modus quo tutela finitur. In secunda ibi.item finitur.ponuntur adhuc septē modi quibus tutela finitur.

Pupilli. Pubertate pupilli finit tutela q̄ olim in masculis iudicabatur ex habitu corpis.sed modo dicit esse in masculis post xiij.ānuz cōpletū.et in femnis post xij. hoc d. Et p̄z intellectus textus.

☞ Notādū primo Q̄ pupillus dicit esse qui exiuit de p̄tate patris impubes vel emancipatione vel morte patris vt ff.de ꝝbo.significa.l.pupillus ⁊ ℌn. licz impropie dicat aliqñ pupillus qui ē in p̄tate.vt ff.de verbo.obliga.l.fi.ℌ si pupillus.

Notandū scdo Q̄ ex quo olim pubtas iudicabat ex habitu corpis. Dixit mar.q̄ iudex debz iudicare fm cōscientiam.sed hoc nō est vex.q̄ debet iudicare fm alle.et probata vt.ff.de offi.p̄si.l.illicitas.ℌ veritas.

Notandū tertio Q̄ in hoc casu.et in aliis fauorabilibus ad cōpletū ānū sufficit attingere vltimū diem.sed in odiosis cōputandū est de momēto ad momētum vt in glo.in.l.iij.ff.de mino.

☞ Opponitur primo sic Et videtur q̄ pupillus p̄t esse in p̄tate p̄ le.fi.ℌ si pupillus.ff.de ꝝbo.obliga. Solutio Ibi pupillus capit impropie pro oī eo qui est sub xiiij.āno. vt supꝫ in p̄mo notabili dictum est:

Opponit finaliter Et videtur q̄ iudex p̄t iudicare fm cōscientiā p̄.l.ij.ff. de feriis Solutio Judex potest iudicare fm conscientiā formatā a iure vt iudex.sed nō p̄t fm conscientiam formatam sibi vt est priuatus homo. Sed debet iudicare fm allega. et probata. Si tamen iudex debeat contra conscientiā iudicare ex allegatis.tutius esset q̄ causam delegaret vt notāt docto. in c.i. extra de offici.ordina. Papa tamen et imperator qui nō sunt obligati legibus p̄nt fm conscientiam formatā iudicare vt.l. digna vox.C.de legibus.

Quibus modis tutela finitur.

Item finitur. Hic ponũ/tur adhuc septem modi quibus tutela finit. Primus est p arrogationem vel deportatiõnem pupilli. Secõs ẽ si pupillus redigatur in seruitutẽz vel capiat ab hostibus. Tertius est si tutor in testamento datus sit sub cõditione. quia tũc existẽte conditione finit tutela. Quartus est morte pupilli vel tutoris. Quintus est maxima vel media capitis diminutiõe tutoris finitur omnis tutela. Sed minima capitis diminutione tutoris finit legitima tutela et alie non. sed quacũq; capitis diminutione pupilli finitur omnis tutela. Sextus est si tutor in testamento datus sit ad certum tempus. q; finito tempore illo finitur tutela. Septimus est si tutor sit suspectus et propt hoc remotus vel ex iusta causa accusatus finitur tutela. Et patent illi modi in his versibus. Suspicio crimen conditio mors status errat. Temp⁹ causa solent tutele ponere metas. concor. l si arrogati. ff. de tutelis. Et hoc dicit vsq; ad finem tituli. z ptz intellect⁹ textus.

☞ Notanduz primo Q; pupillus habens plures tutores nõ potest arrogari nisi de consensu omniuz tutoꝝ vt. C. de aucto. prestan. l. fina.

¶ Notandũ scõo Q; pupillus põt redigi in seruitutẽz et p põs exheredari. et hoc ꝓpter ingratitudinẽ. Et ratio ẽ q; in talẽ põt cadere omne delictũ. preter delictũ carnis et adulterij. l. minor. ff. de adulterijs z stuprũ etiã cadit in eum. l. stupruz in fine. ff. de adulterijs vt. ℌ. p q; pso. nobis acquirit. ℌ. penulti. Dz nõ põt seipm vendẽdo facere seruũ. q; nõ põt seipm facere seruũ p vẽditionẽz nisi sit maior xx. annis. vt s; de iure psona. ℌ. penulti. notatuz est.

¶ Notãdũ zo. q; si pupillus captus sit ab hostibus dz dari bonis pupilli cum tutoꝝ curator vt. ff. de tute. l. si arrogati Sed si tutor sit captus ab hostibus debet dari alius tutor vt s; de attilia. tutore. ℌ. ab hostibus.

¶ Notandũ q;rto Q; dicit notanter si tutor testamẽto sub cõditione datus sit quia tutor legitimus vel datiuus nõ datur sub conditione vt ff. de regu. iurl. l. actus. et nõ transit tutela vel executio ad successores vt ff. de tute. l. tutela plerunq;.

¶ Notandum quinto. q; morte finitur tutela. quia mors oĩa tollit vt in auctẽ. de nuptijs. ℌ. deinceps.

¶ Notanduz sexto. q; p maximã et mediã capitis diminutionez tutoris finit omnis tutela. Nec miruz quia nõ solũ finit agnatio. sed etiã cognatio et successio. vt s; de capitis diminutione. ℌ. qõ aũt dictũ est. Sed p minimã capitis diminutionẽ tutoris finit legitima tutela. q; est inter agnatos. quia p illã agnatio. tollitur vt supꝝ d; legit. agnato. tute. ℌ. fi. quia tamen hodie differentia agnationis et cognationis sublata est nõ tollitur hodie legitima tutela p minimam capitis diminutionẽ vt ff. de legit. tute. l. legitimos. Per emancipationem aũt q; est minima capitis diminutio. etiam iure isto nõ tollit legitima tutela. Dz gl. hic. quia pater in ista tutela pcedit filiũ nisi filius manumittat seruũ maternuz et tũc differtur tutela quousq; sit sui iuris vt ff. fami. herciscun. l. si marit⁹. Dz dicit Johan. fa. q; non esset magna vis licz ista glo. nõ esset hic.

¶ Notandũ finaliter. q; etiã istis modis finiunt cure pupillorum vt. C. qñ tuto. vel curato. esse desi. l. i. sed cure adultoꝝ finiuntur post xxv. annum. vt. j. titulo proximo. ℌ. i. nisi esset date ad certam causam vel speciẽ vt supꝝ titu. proxio. ℌ. fina. vel nisi sint cure illorum. de quibus dicetur. j. titulo proximo. ℌ. furiosi.

☞ Opponitur primo sic contra predicta Et videt q pupillus nō pt redigi in seruitutē p.l.i quis.ff. de inofficio.testamen. ¶ Solutio ¶ Illa lex loquitur de pupillo qui nō est doli capax. Et ita non potest redigi in seruitutē.sed text' noster hic loquitur de illo qui est doli capax et hoc est quando est proximus pubertati vt in glo.in.l. impuberum.ff. de furtis. Et dicitur esse proximus pubertati masculus post x. annuz et dimidium.et femina post nonū et dimidium vt in glo.in.l.pupillum.ff. de regu.iurl.

¶ Opponitur scdo Et videtur q tutela non finitur per excusationem p.ff. itē hi qui reipublice.ff. de excusa.tuto. Solutio ¶ Duplex est excusatio.scilicz ad tempus. Et per illam non finitur tutela vt in argumento. et in ppetuum et per illam finitur tutela vt hic 7 ff.de minoribus.l. verum.

¶ Opponitur tertio Et videtur q sunt plures modi quibus tutela finitur. qz etiam finitur per exbannitionem vt ff. de tute.et ratioci.distrahē.l.si tutor. Et p ingressum religionis vt.C. de sacrosanc.ecclesijs.l.ingressi. ¶ Solutio Exbānitio continetur sub capitis diminutione.et ingressus religionis sub morte.quia religiosus fingitur mortuus.exquo nō hz velle necz nolle.

Titulus XXIII

De curatoribus.

¶ Continuatur sic. Dictum est supᵒ de tutelis quibus reguntur pupilli.hic cō sequenter tractaᵗ de curis quibus gubernantur puberes. Et ideo intitulaᵗ et rubricatur de curatoribus. Et diuiditur iste titulus in tres ptes. In pma tractatur de cura puberuz minorū. In scda ibi.furiosi.tractatur de cura maiorz xxv.annis. In tertia ibi .interduz.tractatur de cura pupilloz.

¶ Masculi. Sūmatur sic. Judices dantes tutores debent etiā dare curatores puberibus vsqz ad xxv.annuz completum.non tamen inuitis. Et dantur curatores ad certaz causaz.sed non dātur in testamento.dati tñ cōfirmantur. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

☞ Notanduz primo. q puberes pñt impetrare veniaz etatis vt scz fictione iuris habeātur acsi essent xxv.annoruz Sed hoc nō possunt masculi nisi in xx. anno.et femine in xviij.vt .C.de his q ve.etatis impetraue.l.i.et ij. Et nō pñt aliter minores esse in iudicio vt.C. de procurato.l.non eo minus Nec possūt tutores vel curatores cuz minore in iudicio procuratorem constituere vel substituere nisi prius tutor vel curator efficiatur dominus litis. quod fit litē cōtestando vt.C.de procurato.l.neqz.

¶ Notandum scdo.q qui sint iudices habentes potestatez dādi tutores. Dictum est supᵒ de attilia.tuto.ff.nos autez Et illi ijdem dare pñt curatores vt hic dicitur.

¶ Notandum finaliter.q curator non datur inuitis adolescentibus nisi in litem sicut tutor qui datur inuitis vt ff. de tuto.et curatori.da.ab his.l.necnon. Et ideo curator non datur in testamento.quia vltima voluntas non potest dependere ab alieno arbitrio vt ff. de heredi.instituen.l. illa institutio.

☞ Opponitur primo sic Et videtur q minor sine curatore potest esse in iudicio per.l. exigendi.C. de procuratoribus ¶ Solutio ¶ In illa lege minor ē in iudicio pro patre suo. Et in hoc casu pōt sine curatore.

De curatoribus.

Opponit sc̃o Et videt q̃ curator dz dari inuitis p.l.i.ff.de mino. vbi dicit q̃ minoribus non cõmittunt res sue. ergo debent habere curatorem velint nolint Solutio Intentio illius legis est q̃ illa que fiunt p minores non sunt rata. quia p̃nt restitui in integruz. et ita nõ habent plene cõmissionẽ rex suaz.

Furiosi Sũmat sic. Agnati debẽt esse curatores furiosoz et prodigoz ex lege xij. tabularz q̃uis maiores sint xxv. ãnis. Sed potest etiã iudex eis dare curatores ex inquisitione. Et idẽ iudiciũ est de mẽte captis surdis et mutis vel ꝑpetuo morbo laborantibus. hoc d. t ptz intellectus textus.

Notanduz q̃ iste ℣. in principio loquit de curatore legitimo. i. qui datur ex lege. Sed ibi in ℣si. sed solet. loquit de curatore datiuo qui non venit nisi deficiente legitimo vt. C. de curato furioso. prodigo. dan. l. fi. Et debz curator legitimꝰ furiosi vel prodigi administrare suo periculo sicut tutores vt. C. q̃ tuto. dare possunt. l. si sororis.

Opponitur sic contra predicta Et videt q̃ furioso nõ est dandus curator p.l.fi. C. de curato. furio. So°. Illa .l. loquit de furioso qui est in aliena potestate. et talis nõ debz habere curatorẽ vt ff. de excusa. tuto. l. non solum. Si etiaz furiosus vel prodigus sit minor xxv. ãnis non recipit curatorem ex isto tertu puta ratione dementie vel furoris. sz ratiõe etatis. i. non ꝑpt defectũ morbi vel prodigalitatis. sed propter defectũ etatis vt. ff. de tute. l. qui habet ℣ q̃ autem.

Interdum autem.

Sũmat sic. Tutore existente inidoneo nõ tñ fraudulẽter admĩstrante. vel tutore ad tempus excusato dat pupillo curator. Sed tutore aduersa valitudine. i. infirmitate legitime impedito t pupillo absente vel infãte dabit iudex auctorez periculo tutoris impediti. hoc dicit. Et ptz intellectus textus.

Notandũ ꝓmo. q̃ tutor ꝑt dici inidoneus. ex quo est paup vel nõ multũ industriosus. Sz in ꝓposito nõ dicit inidoneus ꝑpt fraudẽ. qz in hoc casu non dat pupillo curator sed alius tutor. qz iste fraudulẽtus ex toto remouet vt ℣. de suspec. tuto ℣ penulti.

Notãdũ sc̃o. q̃ si tutor legitima cã impediat. et pupillus est absens vel infans. dabit a iudice auctor periculo tutoris vt hic dicit. Et ratio est. qz ipemet tutor potuit auctorẽ cõstituere. Modo q̃cũq̃z aliq̃s ꝑt aliquid ꝑ alitũ facere et nõ facit periculũ spectat ad ipm vt ff. d̃ administra. tuto. l. habita. Et licz aliqui dicant q̃ in isto casu requirat causa necessaria. allegãtes. l. curator. C. q̃ tuto. dare possunt. Sufficit tamẽ causa iusta vt ff. de administra. tuto. l. decreto. Et dicit hic notãter si pupillus est absens vel infans. quia si sit p̃ns et habet intellectũ. hoc ẽ. est maior infante. nõ est opꝰ auctore. quia potest pupillus cuz tutore suo ꝑcuratorem cõstituere vt. C. de ꝑcurato. l. necq̃z.

Notanduz tertio. Qz nõ solum pupillo habenti tutorem dat curator vt h̃ in tertu dicit. Sed etiã nõ habenti tutorem vt ff. de tuto. et curato. da. ab his l. curator. Et est argumentũ a cõtrario sensu q̃d est validũ vt ff. d̃ offi. eius cui mandata est iurisdictio. l. i.

Notãdũ finaliter. q̃ diuersa sunt nomina illoz q̃ aliena negocia gerũt. Iaz q̃dã dicit auctor vt hic in fi. tex. Quidã dicit tutor vt s̃ de tute ℣ tutores. Quidam dicit curator vt hic ꝑ totũ tituluz

Auctor
Tutor
Curator

procurator

Negotiorum gestor

Economus

Hypocrisarius

Syndicus

Quidã dicit procurator. qui scz hz mãdatũ ff. de procurato. l. i. Quidã dicit negotior gestor. q scz nõ hz mãdatũ. ff. de nego. gest. p totũ. Quidã dicit etiã economus. vt q de cõsensu epi et cõfratrũ capituli negocia ecclesie gerit vt. C. de sacrosanc. eccles. s. l. iubem⁹. Quidã dicit hypocrisarius vt in auctẽ. quõ opz epos. ff. nõ aliter. colla. i. Et quidã dicit sindicus a. singulor negocia dicẽs. z ẽ vniuersitatis vt. ff. de muneri⁹ z honori. l. munerũ. Sindicus tñ sepe ponit pro actore vel auctoẽ vt ff. quod cuiusq vniuersitatis noie. l. i. Jure tñ canonico. oĩa ista cõprehẽdunt sub noĩe procuratoris. vt extra de procurato. c. petitio. Et vnũ sepe ponit pro alio. vt. i. q. iij. ca. saluator. in glo. ℣si. economum.

☞ Opponit cõtra pdicta Et videtur q tutorez habenti põt dari tutor cuius cõtrariũ hic dicit. probat p. l. penult. ff. de tute. Solutio Jsta regula patit exceptiões. Primo si tutor ad tempus fiat surdus vel mutus potest dari tutor vt in. l. alle. in oppo. Secũdo si bona pupilli sint in diuersis prouinciis et tutor excusat se de bonis que non sunt in prouincia sua. quia tunc datur alius tutor pro illis bonis vt ff. de excusa. tuto. l. propter litem. Tertio si mater tutrix velit cõuolare ad scõm matrimoniũ debet petere alium tutorem qui dabitur pupillo vt in auctenti. de nup. ℣si vero. colla. iij. quia tũc videt mater pupillũ relinquere et pcedere ad alteri⁹ ptãtez vt C. cõmunia de lega. l. fi. Quarto si tutor ad tps fit relegatus vel remotus vt C. ex qui. cau. tutorẽ habenti tutor dari pt. l. penulti. Quito si tutor sit delegat⁹ vel trãffuga nõ verus. quia si fuerit verus trãffuga tũc capite minuit et amittit tutelã. argu. ℣ minor. ã de capi. dimi. vl' intellige vt eo q iuit ad videdũ statũ hostiũ sine licẽtia pncipis. vel pli rhõni vt. ff. de tute. l. si qs tutor. Sexto si tutor causa reipublice absit pt dari tutor vel etiaz curator fm q placz iudici. ff. de tute. l. qsitũ. Dicit tñ petr⁹ q in istis casib⁹ tutor accipit pro curatore. sed melius dicit q nõ. qz sine causa nõ est recedendum a verbis legis vt. ff. de lega. iij. l. nõ aliter.

Hz replicat cõtra hoc sic. curatorem habenti bene dat curator etiã regulariter p. l. si actor. C. de appella. Solutio Nõ est sic de tutore et curatore. qz tutor hz plenã administrationẽ et ptãtez et dat psone principaliter. Et ideo nõ cõpatit secũ aliũ vt. j. ff. excusa. tutor. ℣ datus. sed curator nõ hz plenã ptãtẽ et principaliter dat rebus vt. C. de nup. l. in copulandis. Et tutor auctorizat solla aditione hereditatis. sed nõ curator vt. ff. de appella. l. cũ in vna.

Hz adhuc replicat. q tutorẽ habẽti dat tutor p. l. ij. C. de administra. tutor. Solutio In illa le. dant plures tutores simul. et hoc fieri põt vt etiã dictum est ã de capitis diminu. ℣ fi. Sed nõ põt dari tutor tutorẽ habenti sepatim. sicut duo rei bene pñt simul stipulari, sed nõ sepatim. vt. j. de duobus reis stipulandi. ℣i.

Titulus XXIV

De satisdatiõe tutor vel curator.

CVlisum est supra de tutelis et curis quibus regunt bona minor et alior qui se regere nõ pñt. cõueniens ãt est vt huiusmodi bona maneant salua. ad qõd valet satisdatio. Et ideo videndũ est h de satisda. tutor et curator. Et diuiditur pñs titu. in tres ptes. In pma declarat q satisdare tenent et q nõ. In scda ibi. sed et si ex testamẽto. cõsulit pupillo et minori qñ plures sunt tutores vel curatores. In tertia ibi. sciendũ ãt. cõsulit pupillo qñ tutores vel curatores non sunt soluendo.

De satisda. tuto. vel curatoꝛ.

NE tamen. ¶ Tutoꝛes testamentarij vel ex inquisitiõe dati nõ tenẽt satisdare. Alij ãt qui non sunt tutoꝛes vel curatoꝛes in testamento vel ex inq̃ sitione dati satisdare tenent. hoc dicit.

☞ Notandũ ꝓmo q̃ satisdare est promittere et cautionẽ prestare rẽ pupilli saluã foꝛe vt notatũ est ꝫ de tute. §. i. Et fit ista satisdatio interdũ ꝑ fideiussoꝛes vt. ff. rẽ pupil. sal. foꝛe. l. nõ quasi.

¶ Notãdũ scõo Q̃ sicut tutoꝛ testamẽtarius nõ tenẽt satisdare sic nec curatoꝛ testamẽtarius. ff. de cõfirmã. tuto. l. si filio. Et nõ refert an datio tutoris vl̃ curatoris data sit in testamento vel in codicillis vt ff. de testamẽ. tute. l. iij.

¶ Notandũ tertio. qñ tutoꝛ vel curatoꝛ datꝰ a iudice tũc est ꝓsumptio iuris de idoneitate. ex quo ꝓsumitur iudicem nõ velle inidonũ dare vt. C. arbi. tute. l. fi. Et nõ admittit probatio in cõtrarium nisi ꝑ cõfessionẽ vt. C. de donatio. añ nup. aucten. sed iã necesse. Nec istud intelligit solũ in datione tutoris vel curatoris. sed etiam in alio actu iudicis q̃ dependet a volũtate ptiũ. Secus enim esset in alijs. vt notat antho. de bu. in. c. is qui. extra de sponsali. et Inno. in c. q̃ plerisq̃. extra de ĩmunita. eccles. ꝛ in c. vidua. eẽ de regu. iurꝫ.

¶ Notandũ q̃rto. q̃ tutoꝛ vel curatoꝛ nõ debz solũ satisdare sed hz ista quisq̃ facere. Primo iurabit q̃ ꝑ pupillo inutilia nõ faciet. ꝛ vtilia nõ ꝓtermittet. vt in aucten. vt hi qui obliga. phi. se habere res mino. §. fina. colla. vi. Secũdo faciet inuentariũ de rebus pupilli. vt. ff de administra. tuto. l. tutoꝛ q̃ reptoꝛium Tertio recipiet bona decreto iudicis. ꝛ a iudice. C. arbi. tute. l. fi. Quarto debz satisdare vt hic dicit. Quĩto ꝓmittet q̃ pupillũ non dimittet indefensum vt ff. de administra. tutoꝛ. l. fina.

¶ Notandũ finaliter. q̃ ex quo dicit ꝟ q̃ testamẽtarij tutoꝛes et dati cũ inq̃sitione nõ tenent satisdare posset queri qui sunt ḡ q̃ tenent satisdare. et dicit q̃ sunt legitimi vt ff. de legit. tute. l. legitimos. et datiui sine inquisitiõe vt. C. de aucto. prestan. l. fina. Et nõ dñt administrare nisi prius satisdederint vt. C. de tuto. et curato. q̃ satis. nõ dede. l. i.

☞ Opponit primo ꝯ ꝑdicta Et videt q̃ tex. incõuenient dicat. nõ est in ppetuũ quia locutio nõ videt ad ꝓpositum Sco. ¶ Perpetuũ in iure capit multis modis Primo pro duratione vite concedentis aliq̃d vt. ff. pro socio. l. i. in gl. ꝛ notat ibi ꝑ docto. Scõo put valz tm̃ sicut generaliter vt. C. de eden. l. edita Tertio ꝑ eo q̃ simpliciter ꝛ indistincte ꝓcedit et sic capit hic. Quarto pro duratiõe xxx. vel xl. ãnoꝝ. et sic actiões dicunt ppetue vt §. de ppetu. ꝛ tpa. actioni §. i. Quĩto ꝑ cõtinuo. et sic quis dicit ppetuo furiosus. qui nõ hz lucida interualla vt. C. de impu. et aliis substitu. l. humanitatis. Sexto pro eo q̃ est sine ꝑfinitione tpis. et hoc mõ exceptiones dñr ppetue. ff. de excep. l. iij. Sed eternũ dicit q̃ nõ hz principiũ neq̃ finẽ vt deus. Sempiternũ ãt hz principium sed nõ hz finẽ. vt angelus et aĩa vt in gl. in. l. cũ debeã. ff. ꝺ fideiu. vba. ꝓdio.

¶ Opponit scõo Et videt q̃ nõ bñ dicãt ꝟ q̃ curatoꝛ in testamẽto nõ tenẽt satisdare. qꝛ nõ datꝰ in testamẽto vt ꝫ tutoꝛi §. i. ¶ Sco. ¶ Licz curatoꝛ nõ detur in testamẽto datꝰ tñ cõfirmat decreto iudicis vt eo §. dictũ ẽ. Et in isto casu nõ tenẽt satisdare vt hic dicit.

¶ Opponit ꝫ. Et videt q̃ tutoꝛ testamẽtariꝰ tenẽt satisdare ꝑ l. i. ff. de cõfirman. tuto. ¶ Sco. ¶ Illa lex loquit de tutoꝛe testamẽtario dato a matre. et ille tenẽt satisdare. qꝛ cõsiliũ matris nõ est ita firmũ sicut ꝓpꝛis. vt notat §. qui. alie. nõ licz §. fina.

¶ Opponit q̃rto Et videt q̃ curatoꝛ cũ inquisitiõe datꝰ etiã tenẽt satisdare ꝑ l. fi. C. de curato. furio. ¶ Sco. ¶ In illa

le.substãtia curatoris nõ fuit satis ido/nea Et ḡ debebat satisdare/et ita similiter fieri dz de tutore et curatore in sili casu

Opponit finaliter Et videt ꝙ legitimus tutor nõ tenet satisdare p.l.legitimos ff.de legit.tute. Sꝙ In illa lege fit mẽtio de pmono qui est legitimꝰ tutor liberti sui ⁊ nõ tenet satisdare/⁊ sic regula de satisdatione legitimi tutoris fallit in patrono liberti/

Sed ⁊ si ex testamẽ.

Pluribus existentibus tutoribꝰ testamentarijs vel cũ inquisitione datis vel etiã curatoribꝰ pt vnus alteri offerre. vt satisdet ꝺ indẽnitate pupilli vel satis. accipiat/⁊ debz satis offerẽs solus administrare.⁊ si nemo satis.offerat ille administrare debz/cui hoc a testatore vel iudice ascriptũ est/⁊ si nihil ascriptũ est a iudice vel testatore,debz ille administrare q̃ eligit a maiori pte.⁊ si in electione dissentiãt debz iudex ptes suas interponere.hoc ꝺ.⁊ ptz intellectꝰ textus

☞ Notãdũ ꝓmo Quia ista oblatio satisdatiõis nõ solũ fit a tutore sed etiã a curatore vt ff.de administra.tuto.l.iij.§.qꝺ in tutoribus. Nec solũ fit in tutoẽ testamentario vel cũ inquisitione dato. sed etiã in alijs vt ff. de administra. tuto.l. si plures.§.apparet.

